Sir Thos. Phillipps Bart

with the kindest regards

of the Editor

Oxford

28 June/66.

CATALOGI

CODICUM MANUSCRIPTORUM

BIBLIOTHECÆ BODLEIANÆ

PARTIS SECUNDÆ

FASCICULUS PRIMUS.

CONFECIT

HENRICUS O. COXE, A.M.

HYPO-BIBLIOTHECARIUS.

OXONII:

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO

M.DCCC.LVIII.

CATALOGUS

CODICUM MSS.

LAUDIANORUM.

CODICES LATINI.

CATALOGUS

CODICUM MSS.

QUOS BIBLIOTHECÆ BODLEIANÆ DONAVIT

GULIELMUS LAUD,

ARCHIEPISCOPUS CANTUARIENSIS.

CODICES LATINI.

1. A

Codex membranaceus in folio, foliis constans scriptis 288, sec. xiii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; [olim, ut in Catalogo codicum MSS. Angl. et Hib. recensetur, numero 761 insignitus.]

Justiniani Imperatoris Codicis libri novem priores.

Tit. i. "In nomine Domini nostri Jhesu Christi Codicis domini Justiniani, sanctissimi principis semper Augusti repetite prime electionis liber primus incipit de novo Codice componendo."

Præcedunt manu recentiori, a. [Gregorii papæ
IX. præfatio ad Decretales suos.] b. Tabula titu- B
lorum Codicis.

2.

Codex membranaceus, in folio, ff. 219, sec. xiii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; anno 1454 peculium Georii Hessler, rectoris Universitatis Papiensis; [ol. 904.]

1. Azzonis Bononiensis Summa super Codicis Justiniani libros novem priores, cum prologo. fol. 1. C

   Tit. "Incipit prohemium ad summas Codicis per Azonem compositas."

   Exstat impress. in folio, Basil. 1563, et alibi.

   In calce, "Explicit summa Codicis domini Azonis."

2. Ejusdem Summa in quatuor libros Institutionum, cum prologo. fol. 190.

   Tit. "Incipit prohemium ad Summam Institutionum a domino Azone compositam."

   Exstat ibid. col. 1065.

3. Summa Pandectarum secundum Job. fol. 210.

   Tit. "Incipit materia ad Pandectam secundum Job."

   Incip. "In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti; Amen. Principium omnium rerum est Deus."

4. "Materia ad Authenticam secundum Job." fol. 217.

   Incip. "Liber iste quem donante [Deo] locut[ur]i sumus dudum liber Novellarum dicebatur."

5. Summa de regulis juris, etc. fol. 218.

   Incip. "Dictum est s[upra?] de omni jure nostro specialiter."

   Rubrica ultima est "de officio legati," et ad finem "Anno etc. liiij. dominus Georius Hesler pro tunc rector alme Universitatis studii Papiensis comparavit sibi presentem librum pro iiij. ducatis."

3.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 249, sec. xiii. exeuntis; [ol. 641.]

Justiniani Imperatoris Codicis libri novem priores, glossis marginalibus, sed nec una manu nec eodem tempore exaratis, instructi.

Tit. i. "In nomine Dei et Domini nostri Jhesu Christi Domini Justiniani sacratissimi principis perpetui Augusti repetite prelectionis liber primus Codicis incipit."

Glossæ, quas exaravit manus prima, sunt Ac[cursii]; Reliquæ Az[onis Bononiensis] et Sy. [an Sinibaldi seu Cini, Pistoriensis.]

4.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 272, anno 1406 binis columnis bene exaratus; quondam Johannis Merylynch, monachi, postea monasterii, Glastoniæ; [ol. 760.]

1. Johannis Sarisburiensis, Carnotensis episcopi, Polycraticon, sive de nugis Curialium, libri octo; initio mutil. fol. 1.
   Incip. in verbis, "repugnancium concordia cognati," in edit. Lugd. Bat. 1639, p. 27, l. 9.
   In calce, "Explicit Policraticus quod J."
   Sequitur tabula super "librum precedentem Carnotensis," "perquisita per fratrem Johannem Merylynche, monachum Glastoniæ," ordine alphabetico.

2. C. Julii Solini de mirabilibus mundi, cum prologo. fol. 148.
   In calce, "Explicit Solinus de mundi mirabilibus."
   Sequitur "Kalendare sive tabula, editum per quondam monachum Glastonie."
   Deinde, "Memorandum quod iste liber, videlicet Solinus cum tabula sequente, de perquisito fratris Johannis Merylynche, monachi Glastonie."

3. Eutropii Breviarium Historiæ Romanæ in libros decem distinctum. fol. 183.
   Tit. "Incipit breviarium Eutropii de imperatoribus."
   Sequuntur versus de "xii. imperatoribus Romanorum, de longitudine regni et finibus eorum."
   Incip.
   "Cesareos proceres in quorum regna secundis."
   Deinde, "Liber fratris Johannis Merylynche, monachi Glastonie, de perquisito ejusdem."

4. Orosii presbyteri de Ormesta mundi libri septem, præviis prologis et testimoniis de auctore. fol. 200.
   Tit. prol. i. "Prologus Orosii presbiteri et monachi de ormesta, id est, de miseria mundi."
   In calce, "Orosii volumina licet per vilissimam Apicidariorum sculpturam feliciter sunt explicata."
   Sequitur tabula, et in fine, "Explicit liber Orosii presbyteri et monachi de ormesta seu miseria mundi cum capitulis ejusdem libri, perquisitus et scriptus per fratrem Johannem Merylynche, monachum Glastonie."
   In margine folii ultimi superiori, "Liber monasterii sancte Marie Glastonie in custodia fratris Henrici Langleigh, ibidem monachi."

5.

Codex membranaceus, in folio, ff. 200, sec. xiii. exeuntis, optime exaratus in usum, ut videtur, monasterii de Gisburne, co. Ebor., postea Johannis Staynton; [ol. 1394.]

1. Psalterium Davidis. fol. 12.
   Præmittuntur,
   a. "Memorandum, quod anno Domini millesimo cccc. vicesimo vij. iiij. die mensis Martii dominus Henricus Percy, comes Northumbrorum, Robertus Watirton, Johannes de Ask, Radulphus Gray, Thomas Steward, dominus de Lorn, fuerunt recepti in fraternitatem capituli nostri;" *man. sec.* fol. 1.
   b. Notitiæ breves de familia de Percy; *man. sec.* fol. 1.
   c. Notitiæ historicæ de eventibus ann. 1361–1366, etc. in Anglia; *man. sec.* fol. 1 b.
   d. Festivitatum tabula secundum kalendarium archiepiscopi Eboracensis. fol. 2 b.
   e. Kalendarium, in cujus marginibus notavit manus secunda dies obituales abbatum, et quorundam e familia de Brus, fundatorum abbatiæ de Gisburne. fol. 3.
   f. Versus, quotus sit annus in cyclo solari, quæ sit littera Dominicalis, et quis locus bissexti. fol. 9.
   g. Quinque salutationes et totidem orationes in veneratione quinque plagarum Domini. fol. 9 b.
   Initio depictus est Crucifixus, adstantibus SS. Maria et Johanne.
   h. Orationes ad Dominum et B. M. Virginem. f. 10 b.

2. Cantica sacra ex utroque Testamento, Litaniæ et Orationes. fol. 137.
   Sequitur *man. sec.* Chronicon breve de rebus ad Angliam spectantibus ab initio mundi usque ad an. 1330, auctore Willelmo Langchester, cujus nomen iterum invenitur in kalendario ad diem ult. mensis Augusti.

3. Officium mortuorum, cum tonis musicis. fol. 152.

4. Hymni et collectæ per anni circulum, cum notis musicis. fol. 165.
   Incip. "Conditor alme syderum."

6.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 120, sec. xiii. ineuntis; [ol. 1148.]

1. Actus Apostolorum, glossa marginali atque interlineari instructi; initio mutil. fol. 1.
   Incip. in verbis text. ——"nostrorum suscitavit Jhesum," cap. v. vers. 30.
   Incip. gloss. marg. ——"interrogatio pontificis, refutatur responsione prudenti."

2. Salomonis libri, Proverbia scilicet, Ecclesiastes, Sapientia, et Cantica Canticorum, glossis marginalibus et interlinearibus illustrati. fol. 26.
   Incip. gloss. "Jungat epistola quos jungit sacerdotium."
   Sequitur initium solummodo libri Danielis prophetæ, cum glossis.

7.

Codex membranaceus, in folio seu 4to majori, ff. 181, sec. xiii. ineuntis; hic illic mutilus; [ol. 1149.]

Commentarius super S. Pauli epistolas quatuordecim [ex S. Augustini aliorumque Patrum scriptis a Petro Lombardo confectus.]

Incip. in verbis, "Alia enim sunt propria peccata in quibus tantum peccant;" ut in edit. Basil. 1535, fol. xxv. l. 7.

8.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 328, sec. xii. exeuntis; binis columnis bene exaratus; olim Hugonis Cressy; [ol. 757.]

Biblia Sacra, si Psalterium excipias, universa, prologis S. Hieronymi instructa; initio mutil.

Incip. in verbis cap. 5 lib. Geneseos, ——" et facti sunt omnes dies Malaleel."

Ordo librorum est iste: Genesis—Hester, deinde Prophetarum libri, quibus succedunt Job et Salomonis scripta, Testamentum Novum et denique Maccabæorum libri duo.

In calce, "Explicit liber Machabeorum secundus habens versus mille octingentos."

9.

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 458, sec. xiii., binis columnis bene exaratus; [ol. 642.]

Bibliorum Sacrorum volumen alterum; scilicet Salomonis, Prophetarum et Maccabæorum libri, et denique Testamentum Novum integrum; S. Hieronymi prologis glossisque ex Patribus perpetuis illustrati.

Desinit glossa super Apocalypsin in expositione xii. lapidum pretiosorum, incip. "Primus lapis est jaspis viridis virorem fidei immarcescentem significat."

In calce est tabula Templi Salomonis ædificia accurate exhibens.

10.

Codex membranaceus, in 4to minimo, ff. 531, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; [ol. 516.]

Biblia Sacra universa, prologis S. Hieronymi, et quod ad libros Maccabæorum Rabani Mauri, instructa.

Sequitur interpretatio nominum Hebraicorum secundum Remigium Autissiodorensem.

Deinde, *manu recentiori*, expositio nominum variorum secundum Patres varios.

11.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 343, sec.
A xiii., binis columnis bene exaratus; quondam Balduini Wynsbergii; [ol. 678.]

Biblia, si Psalterium excipias, universa, S. Hieronymi et Rabani prologis instructa solitis.

In calce interpretatio nominum Hebraicorum, quæ defic. in voc. "Tholomais ad mensuram reducens."

Præmittuntur codici,

a. Ordo miraculorum Domini.
B b. Nomina librorum et numerus capitulorum totius bibliæ.

12.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 279, sec. xii., in calce mutilus; quondam eccl. S. Cuthberti, Dunelmensis, deinde Georgii Hobson, postea anno 1614 Johannis Paine ex dono Johannis Rotherham, militis; [ol. 1511.]

Biblia Sacra usque ad Esdræ librum quartum inclu-
C sive, præviis S. Hieronymi prologis totius Bibliæ in unum collectis.

Defic. in Esdræ iv. verbis, "nec enim meliores nos simus"——

Præcedunt, *man. sec.*,

1. Fragmentum [Alex. de Villa Dei Doctrinalis Puerorum?] incip. "Namque gero pondus sevaque bella gero."
2. Tituli capitulorum librorum Bibliæ.
D 3. Notitiæ sequentes, "George Hobson byblatysta hujus collegii;" "Liber Johannis Paine ex dono Johannis Rotherham, militis, de Summeress, Bedfordiensis, anno Domini 1614 Septemb. vii."

In fol. 10, "Liber sancti Cuthberti de Dunelmia," et manu recentiori, "assignatus collegio," [an Dunelmiæ seu S. Trinitatis apud Oxon.?]

13.

E Codex membranaceus, in 4to, ff. 372, sec. xiii., binis columnis nitidissime exaratus; [ol. 810.]

Biblia Sacra universa S. Hieronymi prologis instructa.

In calce S. Pauli epistolæ ad Colossenses occurrit ista ad Laodicenses.

In inferiore cujusque paginæ margine per Evangelia occurrit summarium metrice expressum; incip.

"A. generat. B. magos vocat Egiptum petit exit."
F In calce, "Te Deum laudamus, te Dominum confitemur. Finito libro sit laus et gloria omnipotentissimo Jhesu Christo."

14.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 115, sec. xiii., haud eadem manu exaratus, quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 947.]

1. Alberti, Utinensis, ord. S. Michaelis, commentarii breves super libros Veteris et Novi Testamenti, cum præfatione. fol. 1. A

Tit. "Albertus super vetus et novum Testamentum."

Incip. præf. "Satis profuerunt qui glosarios primum in divinam paginam ediderant."

Incip. comment. in S. Hieronymi præf. "Frater Ambrosius. Pirate sunt predones marini."

Incip. in lib. Geneseos, "Bresit ebrayce, Genesis grece, generatio latine. In principio creavit Deus. Iste liber ideo apud Hebreos Bresith." B

Desin. "illius maledictionis non immemor terra es et in terra ibis."

In calce,

"Finis adest operi . pocula ferte mihi."

Sequuntur nonnulla in Dominicas quatuor in Adventu.

---

2. Leviticus, cum glossis interlinearibus marginalibusque. fol. 37. C

Incip. gloss. "Esicius. Querendum est, quare liber iste Leviticus appelletur."

Desin. "non enim eget exortatione et regimine alterius."

15.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 130, sec. xv. ineuntis, tabulis rude pictis illustratus; anno 1545 peculium Christophori Medcaute; [ol. 1204.] D

1. Oratio Gildæ, quam cantavit pro anima patris sui per annum quæ erat in purgatione gravissima. fol. 1 b.
2. Kalendarium, cum monostichis. fol. 5.

   Ad 30 Dec. notatum est in margine, "Obitus Johannis Sygar patris mei A. D. millesimo cccc. quinquagesimo quinto."
3. Commemorationes de Sanctis, picturis instructæ. f. 11.
4. Versus octo Psalterii, "quos si aliquis quotidie dixerit nunquam condemnabitur." fol. 29. E
5. Horæ B. M. Virginis. fol. 31.

   Sequuntur Hymni ad Virginem, Psalmi vii. pœnitentiales, Litaniæ, Vigiliæ mortuorum et commendationes animarum.
6. S. Hieronymi Psalterium abbreviatum, Orationes, etc. fol. 108.

16.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 146, sec. xiii.; [ol. 960.] F

1. Psalterium Davidis, cum kalendario præmisso. fol. 7.

   Kalendarium, quod antiquioris videtur scripturæ, signis Zodiaci est illustratum.
2. Cantica Sacra ex utroque Testamento. fol. 130.
3. Symbolum Apostolorum et Athanasii, Litaniæ et Orationes. fol. 140.

17.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 224, sec. xii.; [ol. 994.]

1. Psalterium Davidis, glossa marginali et interlineari instructum; [mutil.] fol. 1.

   Incip. in verbis Ps. xv. 9, ——"meum et exultavit lingua mea."

   Incip. gloss. "——ferno dabitur, nec corpus sanctum per quod et alii."
2. Cantica sacra, cum glossis. fol. 200 b.

   Incip. gloss. super Canticum Isaiæ, "Quid valet xv. in ordine singulorum."
3. S. Athanasii Symbolum, cum glossis. fol. 210.

   Incip. "Hic beatus Athanasius liberum arbitrium."

   Sequuntur, manu altera et recentiori,

   a. Litaniæ et Orationes in vigiliis mortuorum. fol. 215.

   b. Formulæ literarum appellationis aliarumque ad eccl. de Winchecumbe et Cirencestriam spectantes. fol. 223 b.

   In calce litteræ R. de Clipstone et J. de Bradewelle ad J. archidiac. Oxon. querentium de abbate de Evesham.

18.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 188, secc. xiv. et xiii.; [ol. 674.]

1. Notitiæ de regibus Angliæ usque ad consecrationem Edwardi II. fol. 1.

   Incip. "Circa annos Domini quingentesimos erat Anglia in septem."
2. De mirabilibus Angliæ. fol. 5.

   Incip. "Albus equus est cum pullo."
3. Chronicon breve ab initio mundi usque ad coronationem Roberti de Bruce, 1306. fol. 10.

   Incip. "De principio mundi. In principio erat verbum, etc. Sex diebus Deus omnem rerum."
4. S. Eustachii vita. fol. 47.

   Incip. "Eustachius ante Placidus vocabatur."
5. S. Juliani confessoris vita. fol. 53 b.

   Incip. "Fuit quidam juvenis nomine Julianus."
6. De altercatione Petri et Pauli cum Simone Mago. fol. 56.

   Incip. "Predicantibus apostolis."
7. De S. Georgio. fol. 60 b.

   Incip. "Sanctus Georgius pervenit."
8. De S. Christophoro. fol. 63.

   Incip. "Christoforus genere Cananeus."
9. De S. Juliana. fol. 67.

   Incip. "Sancta Juliana virgo, cum esset desponsata prefecto."
10. Miracula quædam de B. V. Maria. fol. 69.

    Incip. "Quædam matrona nobilis."
11. De S. Andrea narrationes. fol. 74.

    Inc. "Episcopus quidam religiosam agens vitam."

12. Anecdota de S. Maria Magdalena et de B. M. Virgine. fol. 77.
Incip. "Quidam homo sarcina pregravatus peccatorum."

13. Miracula quedam de S. Thoma martyre. fol. 81 b.
Incip. "Per aliquot dies ante martirium."

14. De S. Edwardo rege. fol. 83 b.
Incip. "Cumque idem rex in die Pasche."

15. Miracula de S. Dunstano. fol. 85.
Incip. "Sanctus Dunstanus antequam archiepiscopus esset."

16. S. Thomæ Becket vita et martyrium. fol. 89.
Incip. "Beatum Thomam, antequam natus esset, novit Dominus et predestinavit."

17. De septem dormientibus. fol. 111.
Incip. "Septem dormientes in civitate Ephesi orti sunt."

18. De quodam Roberto Wyskard. fol. 114 b.
Incip. "In diebus Henrici regis Anglie primi fuit quidam Robertus Wiscard de Normannia."

19. De exilio S. Anselmi et de morte regis Willelmi. fol. 115 b.
Incip. "Rex Willelmus secundus, dictus Rufus, graviter infirmatus."

20. De nonnullis tempore Ricardi regis I. evenientibus, et de morte ejusdem. fol. 117.
Incip. "De quodam milite peccatore. Anno secundo regni regis Ricardi."

21. De miraculo apud fontem de Wy juxta Cantuariam. fol. 120 b.

---

22. S. Anselmi sive cujuscunque sit Elucidarium. f. 121.
Exstat impress. inter opera, ed. 1721, p. 457.

23. Salomonis Parabolæ et Ecclesiastes. fol. 169.
Defic. in verbis, "et bibe cum letitia vinum"—cap. ix. 7.

19.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 98, sec. xii., bene exaratus et servatus; quondam abbatiæ Berkingensis, deinde Guil. Charci et postea Jacobi Ussher, archiep. Armachani; [ol. 925.]

1. Cantica Canticorum, cum glossis marginalibus atque interlinearibus. fol. 1 b.
Incip. gloss. super prolog. "Homo propter peccatum in cecitate cordis dejectus."
Folium textus primum excisum est.

2. Jeremiæ Lamentationes, glossis instructæ. fol. 35 b.
Incip. gloss. "Origenes. Justiciam accidentem quis habere potest."
In pagina prima, "Hic est liber sacratissime Dei genitricis Marie et beate Aethelburge virginis Berkingensis ecclesie, quem qui abstulerit aut super eo fraudem fecerit anathematis mucrone feriatur."

20.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 249, secc. xii. exeuntis et xiii., quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1101.]

1. [Hugonis de S. Victore] commentarius super Ecclesiastem. fol. 1 b.
Exstat impress. inter opp. ed. Venet. tom. i. fol. 39 b.
Desin. in verbis, "qui nescit providere in posterum," in edit. cit. fol. 74 b. l. 2.

2. Esaiæ prophetæ liber, prologis glossisque interlinearibus et marginalibus instructus. fol. 83.
In calce, "Explicit;" Desin. gloss. "hec omnia videre meruerunt."

21.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 144, sec. xii.; [ol. 1069.]

Prophetarum duodecim minorum libri, glossis marginalibus et interlinearibus instructi.
Incip. gloss. "Materia Osee triplex est;" ut in editione Lyrana.

22.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 167, sec. forsan ix.; [ol. 1200.]

Maccabæorum libri duo, titulis capitum unicuique libro præmissis.
Tit. "Incipiunt capitula libri Machabeorum."
Defic. lib. ii. in verbis, "dicebant, Noli sic ferociter et barbare"—— cap. xv. b. 2.

23.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 225, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 677.]

Testamentum Novum, argumentis et prologis S. Hieronymi, necnon capitulis instructum.
Notandum sit, quod, præter Hieronymi præfationem ad S. Jacobi epistolam canonicam, invenitur quoque ista Isidoro tributa, et quod epistolæ ad Colossenses succedit ista ad Laodicenses.
In calce, Kalendarium; mutil.
Præmisit manus recentior epistolarum tabulam evangeliorumque, quæ in ecclesia per annum legi solent.

24.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 200, sec. xiii., nitide exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1191.]

Testamentum Novum S. Hieronymi argumentis instructum.

Ordo est, Evangelia iv., Apocalypsis, Actus Apostolorum, Epistolæ canonicæ, necnon Paulinæ.

25.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 318, sec. xii., haud eadem manu exaratus; quondam Carthusiensium ord. S. Michaelis prope Moguntiam; [ol. 1172.]

1. Evangelia quatuor, glossa interlineari marginalique, prologis quoque et capitulorum tabulis, instructa. fol. 14.

Præcedunt,

a. Regulæ, quibus oportet victum agere per menses anni; *man. sec.* fol. 1 b.

b. Versus de Virgine decora; *man. pr.;* incip. "Musa jocosa veni mihi carmina suggere vati."

c. Excerpta ex SS. Patribus de Filio Dei. fol. 4.

d. Ex eisdem de peccatorum reversione post baptismum vel pœnitentiam. fol. 4 b.

e. Ordo legendi evangelia per annum; *man. sec.* fol. 7.

f. Sermones tres; *man. sec.* fol. 12.

In calce Evang., "Explicit evangelium secundum Johannem."

Sequitur "Sermo Bonizonis episcopi contra Gualfredum et ceteros de penitentia ac remissione peccatorum male sentientes."

Incip. "Paulus apostolus predicator egregius doctor gentium in fide et veritate."

2. [Clementis Lanthoniensis] Concordia Evangelistarum, seu Unum ex quatuor, in capitula clxxxi. distincta, cum prologis duobus et tabula. fol. 191.

Tit. "Incipit prefatio in Unum ex quatuor."

Incip. præf. i. "Suscipe Christicola."

In fine præf. alterius dicuntur composuisse Unum ex quatuor auctores sequentes; h. e. "Ammonius Alexandrinus, Tatianus, et Theophilus Antiochenus."

Tit. operis, "Incipit unum ex quatuor, seu concordia evangelistarum."

Incip. opus, "In principio erat verbum."

Textui succurrit in margine glossa perpetua, quæ incip. "Verbum, id est, sapientia nata disponens omnia;" et desin. "in habitatione mentis pacifice commorantes promissum Patris fiducialiter expetemus; Amen."

26.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 100, sec. x. exeuntis; quondam Josephi Maynard, coll. Exon. in Oxon.; [ol. 971.]

Evangelia quatuor, prologis et capitulis unicuique evangelio præmissis.

Præcedunt Canones S. Eusebii ejusdemque ad Carpianum epistola.

Exhibentur quoque Evangelistarum effigies delineatæ, una cum tabula altera in qua videtur S. Crucifixus, et sub pedibus ejus latrones duo itidem crucifixi.

In calce, "Capitulare Evangeliorum de circulo anni."

27.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 240, sec. xi. exeuntis; quondam eccl. B. Mariæ "de Euerbach;" [ol. 1098.]

Evangelia quatuor, S. Hieronymi prologis et capitulorum tabulis illustrata.

Præcedunt Eusebii Canones, et ad calcem exhibentur evangelia, quæ legi solebant per anni circulum.

Membranæ, quibus recordantur tam canones, tam initia evangeliorum, colore tinctæ sunt purpureo.

28.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 123, secc. xiv. et xii. exeuntis; [ol. 1073.]

1. Commentum super principium evangelii S. Johannis. fol. 1.

Incip. "Credere oportet accedentem ad Deum, quia est, quia Deo placere."

Defic. in verbis, "habebit perfectionem plenariam a se ipso."

---

2. S. Johannis Evangelium, cum prologo et glossis marginalibus interlinearibusque. fol. 24.

29.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 171, sec. xii. exeuntis, bene exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1221.]

1. Epistolæ septem canonicæ, prologis glossaque interlineari instructæ. fol. 1.

Sequitur fragmentum officii in Assumptionem B. M. Virginis.

2. Epistolæ quatuordecim Paulinæ, glossa interlineari et marginali instructæ. fol. 26.

30.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 184, sec. xii. ineuntis; haud una manu exaratus, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 933.]

1. Epistolæ septem canonicæ, prologis glossisque illustratæ. fol. 1.

---

2. Earundem exemplar aliud. fol. 63.

3. Apocalypsis glossata. fol. 115.

Littera initialis eleganter est depicta.

4. Jeremiæ Lamentationes, cum glossa marginali et interlineari. fol. 174 b. A

In calce, "Expliciunt Lamentationes Jeremie; et factus est postquam in captivitate redactus est Israel et Jerusalem deserta est, sedit Jeremias flens et planxit lamentationes has in Jerusalem et dixit, Steph., quomodo sedet, etc."

31.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 232, sec. xiii. ineuntis et xii. exeuntis, quondam eccl. B. Mariæ de Evesham, postea Thomæ Wynchecombe; [ol. 1549.] B

1. S. Augustini de vera et falsa pœnitentia liber. fol. 6.

Tit. "Liber Aurelii Augustini de vera et falsa penitentia."

Exstat inter opera, tom. vi. App. col. 231.

In calce, "Aurelii Augustini doctoris eximii de vera et falsa penitentia liber explicit."

Sequuntur versus vii. incip. C

"Hic Augustinus mihi se, mihi me, mihi Christum."

2. Prosperi de vita activa et contemplativa libri tres, cum prologo et capitulorum tabula. fol. 30.

Tit. "Incipiunt Prosperi libri tres de vita activa et contemplativa."

Exstant inter opera, ed. Bassanio, tom. ii. p. 1.

3. Vita S. Ignatii martyris. fol. 118.

Incip. "Cum Trajanus Romanorum;" ut inter Acta SS. tom. i. p. 24.

4. S. Bernardi Clarævallensis de consideratione liber ad Eugenium. fol. 130. D

Impress. inter opera, tom. i. col. 407.

5. Epistolæ canonicæ, cum prologo et glossis. fol. 169.

6. S. Hieronymi adversus Jovinianum liber primus; mutil. fol. 205.

Tit. "Incipit liber primus beati Jeronimi presbiteri contra Jovinianum hereticum."

Defic. in verbis, "ego autem vobis parco; sic ait obtendo car"—— ut inter opera ed. Vallars. tom. ii. col. 259, B. 7. E

In foliis ad initium et finem codicis rejectaneis auctoritates sunt de Caritate ex SS. Patribus variis collectæ; incip. "Majorem caritatem nemo habet, etc. Petrus apostolus dixit, Ante omnia autem mutuam."

32.

Codex membranaceus, in folio, ff. 324, sec. xiii., binis columnis bene exaratus; quondam eccl. B. M. V. in Ebirbach, ex dono Theobaldi decani S. Steph. Mogunt.; [ol. 1122.] F

Psalterium Davidis cum commentariis ex SS. Patribus [a Petro Lombardo] in unum collectis; cum prologo.

Incip. prol. "Cum omnes prophetas Spiritus Sancti revelatione;" ut in edit. impress.

33.

Psalterium et Cantica, cum glossis; liber membranis impressus et hodie in Catal. Libb. Impress. recensitus; [ol. 1004.]

34.

Codex membranaceus, in folio, ff. 324, sec. xiii. ineuntis; quondam abbatiæ de Novo Loco in Shirwood, postea Gul. le Neve 'Clarencieux' regis armorum; [ol. 878.]

Psalterium, cum commentariis [a Petro Lombardo] ex SS. Patribus in unum confectis.

Sequuntur Alexandri papæ III. bullæ duæ de Thomæ Becket canonizatione, quæ exstant impress. in Bullar. Magn. ed. Cocquelines, tom. ii. p. 424.

Præcedunt Regulæ Tychonii, incip. "Prima regula est de Domino et ejus corpore;" [cf. Gallandii Bibl. Patr. tom. viii. p. 741.]

Adscripsit manus recentior versus tres; incip. "Cancello laycos prohibet scriptura sedere."

35.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 199, sec. forsan x. exeuntis; initio et fine mutilus; [ol. 1153.]

Psalterium Davidis secundum versionem triplicem, columnis totidem exhibitum; scil. Gallicanam, Romanam et Hebraicam, prævio S. Hieronymi prologo; glossis nonnullis marginalibus instructum.

Tit. "Prefatio sancti Hieronimi presbyteri incipit."

Incip. gloss. i. "Primus psalmus non habet titulum ideo quia Christus veraciter beatus."

Præmissa est [S. Hieronymi epistola ad Sunniam et Fretelam] incip. in verbis, ——"dedit qui mihi vestram;" in ed. Vallars. tom. i. col. 636 D, 4.

Succedunt Psalterio,

a. "Psalmus propriae scriptus David extra numerum cum pugnavit cum Logiath;" [*sic in quaque versione.*] fol. 198 b.

b. Cantica Isaiæ et Ezechiæ, secundum versionem Gallicanam et Romanam. fol. 199.

Defic. cantic. Ezechiæ, "Præcisa est velut a texente vita mea"——

In marg. sunt nonnulla de septem vitiis mortalibus, incip. "Gr. Unde et sequitur exortationum duarum."

36.

Codex membranaceus, in folio, ff. 282, sec. xiii. ineuntis, binis columnis exaratus; [ol. 1139.]

Psalterium glossatum ex SS. Patribus variis [confectore Petro Lombardo], cum prologis duobus.

Incip. prol. i. "Habemus propheticum sermonem," etc. "Verba sunt Petri in epistola cano-

nica, sermonem enim David prophete commendans."

Incip. prol. ii. "Materia hujus libri est totus Christus;" ut in edit. impress.

In calce, "Expliciunt glosule super Psalterium secundum magistrum Willelmum de Bramfeld;" quem asserit Tannerus auctorem totius operis.

37.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 182, sec. xii. exeuntis et xiv. exeuntis; quoad partem priorem eccl. B. Mariæ in Ebirbach, quoad posteriorem, Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 873.]

1. Salomonis libri, Parabolæ scilicet, Ecclesiastes et Cantica Canticorum, glossa interlineari et marginali vulgari illustrati. fol. 1.

Incip. gloss. "Notandum quod vulgata editio parabolas;" ut in edit. Lyrana.

In calce, "Commensurationes Anshelmi episcopi."

2. Thomæ, abbatis Vercellensis, in Cantica Canticorum commentarius. fol. 123.

Incip. "Osculetur me," etc. "Deiformis anime gemitus amativi;" ut in Pezii Thesaur. Noviss. tom. ii. part. i. p. 501.

In calce, "Explicit hic liber feliciter, Amen. Legentes in hoc orent pro scriptore."

38.

Codex membranaceus, in folio, ff. 202, sec. xiii.; [ol. 862.]

Salomonis libri, scilicet, Parabolæ, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, Sapientia et Ecclesiasticus, glossa ordinaria, marginali scilicet et interlineari, instructi.

Incip. "Jer. Jungat epistola quos jungit sacerdocium;" ut in editt. Lyrana.

39.

Codex membranaceus, in folio, ff. 132, sec. xiii., quondam Willelmi le Neve; [ol. 1066.]

Isaiæ prophetæ liber glossa ordinaria instructus; cum prologo.

Sequuntur,

a. "Capitula in Ysaiam prophetam."

b. Distichon de librorum Vet. Test. ordine, incip. "Quinque libri Moysi;" *man. sec.*

c. Sententiæ de variis; *man. sec.*

Præmittuntur codici versus; incip. "Laudem pastores ..... munera reges."

40.

Codex membranaceus, in folio, ff. 152, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; quondam domus montis S. Michaelis, ord. Carthus. prope Moguntiam; [ol. 979.]

Testamentum Novum, ex versione et cum prologis et argumentis S. Hieronymi.

Tit. "Incipit prologus Jeronimi in quatuor Evangelia."

41.

Codex membranaceus, in folio, ff. 160, sec. xii. exeuntis; quondam monast. S. Kiliani apud Herbipolim; [ol. 870.]

S. Matthæi Evangelium, glossa ordinaria marginali et interlineari instructum.

42.

Codex membranaceus, in folio, ff. 118, sec. xii. exeuntis, quondam eccl. S. Kiliani; [ol. 1233.]

S. Lucæ Evangelium, glossa ordinaria instructum, cum prologo.

Librorum Testamenti utriusque enumeratio, [ex Hieronymo?] incip. "Bibliotheca interpretatur librorum repositio."

43.

Codex membranaceus, in folio, ff. 90, sec. xii. exeuntis; [ol. 1257.]

Epistolæ septem canonicæ et Apocalypsis, glossa ordinaria instructæ.

Tit. "Epistole canonice et apochalypsis glossate."

44.

Codex membranaceus, in folio, ff. 213, sec. xii.; [ol. 872.]

S. Pauli epistolæ quatuordecim, cum glossa ordinaria et S. Hieronymi prologis et argumentis.

45.

Codex membranaceus, in folio, ff. 154, sec. xii., bene exaratus et quoad literas initiales deauratus; [ol. 985.]

S. Pauli epistolæ, glossa perpetua ex SS. Patribus collecta necnon præfatione instructæ.

Incip. præf. "Sicut prophetæ post legem sic et apostoli post evangelium recte scripserunt."

Incip. gloss. "Paulus, etc. More scribentium epistolas."

Desin. "huic intelligitur aroma scripsisse; Gratia sit;" etc.

46.

Codex chartaceus, in folio, ff. 105, sec. xv., binis columnis exaratus; [ol. 1012.] A

1. Raymundi heremitæ, Parisiis studentis, Disputationes super Sententiis M. Petri Lombardi, præviis tabulis duabus. fol. 1.
   Tit. "Deus, qui es summus in omnibus bonis ad tuam laudem et honorem incipit disputatio heremite Raymundi super aliquibus dubiis sententiarum magistri Petri Lombardi." B
   Incip. præf. "Raymundus Parisius studens statumque mundi hujus perversum."
   Incip. lib. "Questio prima utrum theologia sit scientia proprie. Solucio. Raymundus respondit dictus quod theologia est."
   Desin. "in quorum custodia Raymundus hunc librum commendavit," etc.
   In calce,
   "Finito libro sit laus et gloria Christo."
2. Liber dict. "Speculum animarum simplicium," seu "Margarita." fol. 70 b. C
   Incip. "Anima tacta a Deo et a peccatis exuta."
   Defic. "ut omnes nostre cogitationes"——
3. Epistolæ, ut præ se ferunt titulos, S. Augustini; ut sequuntur,
   a. Bonifacio militi, de luxuria. fol. 71.
      Incip. "Legitur frequenter."
   b. Cyrillo de operibus finis. fol. 71. D
      Incip. "Querellam grandem."
   c. Fabiano. fol. 71 b.
      Incip. "Congratulor una tecum."
   d. Brisinæ, de obedientia. fol. 71 b.
      Incip. "Licet famula sis."
   e. Valentino, de scientia. fol. 71 b.
      Incip. "Nuper audivi."
4. Libellus de vita, doctrina et revelatione beatæ Angelæ de Fulgineo. fol. 72.
   Incip. "Vera fidelium experientia." E
   Cf. Act. SS. mense Januar. i. p. 186.
5. S. Augustini, ut fertur, epistolæ aliæ, quarum initia et inscriptiones sunt;
   a. Petro Diacono, "Utrum mali in inferno peccent: Questionem aut dubitationem." fol. 74.
   b. Eidem, de Lazari verbis: Quia fili prima. fol. 74.
   c. Marcello, de potestate ligandi, etc.: Illi namque in hac vita. fol. 74.
   d. Bonifacio comiti, de veritate et mendacio, etc.: Inter cetera, que tibi. fol. 74 b. F
   e. Eidem, de expellendo mortis timore: Arduam rem et difficilem. fol. 75.
   f. Henodio, de parabolis a Christo dictis: Recepi literas tuas. fol. 75.
6. Ex S. Bernardi epistola ad Leontinum. fol. 75.
   Incip. "Heu frater, quid est, quod audio de te."
7. S. Hieronymi ad Martialem epistola. fol. 75.
   Incip. "Vita episcopi in omnibus."
8. S. Augustini epistolæ plures; scil.
   a. Cornelio philosopho ambitioso et superbo: Ut nobis per tuas. fol. 75 b.
   b. Neptario: Recepi litteras. fol. 76.
   c. Mauriliano, de avaritia: Cum nuper multiplicata. fol. 76.
   d. Nepotiano: Accepi litteras. fol. 76.
   e. Theophano: Licet sacerdos. fol. 76 b.
   f. Nembrido: Legi tuas fraternas. fol. 76 b.
   g. Paulino: Si petis a me. fol. 77.
   h. Cantiano militi: Scripsisti nobis. fol. 77.
   i. Selentianæ: Si petis a me. fol. 77.
9. S. Hieronymi libellus de mulieribus effugiendis ad Medrigum. fol. 77 b.
   Incip. "Tentamenta clericorum."
10. S. Augustini epistola ad Aurelianum. fol. 77 b.
    Incip. "An ignoras, quod Deus."
11. De divina sapientia ex S. Hieronymo. fol. 77 b.
    Incip. "Teodorus episcopus Tolletanus."
12. Augustini epistolæ aliæ; scil.
    a. Valentino: Si sapientia divina. fol. 78.
    b. Lixario: Suspicaris ut asseris. fol. 78 b.
    c. Desiderio episcopo: An ignoras. fol. 78 b.
    d. Dorotheo, de presbyteris: Cave ne amore. fol. 79.
    e. Leontinæ: Cum natura. fol. 79.
    f. Anastasio, quomodo salvari potest in divitiis: Si petis a me. fol. 79 b.
    g. Cornelio, de mercatoribus: Cupis lucrari. fol. 79 b.
    h. Cornelio: Qualis et quanta. fol. 80.
13. S. Hieronymi epistola ad Eustochium. fol. 80.
    Incip. "Quia impossibile est."
14. Ejusdem adversus Jovinianum liber primus. fol. 80 b.
15. Ejusdem epistola ad Pachomium. fol. 87 b.
    Incip. "Qui Ethiopem invitat."
16. Ejusdem ad Oceanum epistola de vita clericorum. fol. 88 b.
    Incip. "Deprecatus ut tibi breviter."
17. Ejusdem epistola ad Heliodorum de contemptu mundi. fol. 89 b.
    Inter opera ed. Vallars. tom. i. col. 28.
18. Nonnulla in istud, 'Bonus homo de bono thesauro,' etc. fol. 91 b.
    Incip. "Metiris nos virtutibus tuis."
    Sequitur fragmentum ex Chrysostomi libris tribus ad Stagirium monachum.

---

19. Senecæ liber ad Gallionem de remediis fortuitorum. fol. 95.
20. [Ejusdem de artibus liberalibus libellus.] fol. 96 b.
21. Ejusdem libellus de quatuor virtutibus principalibus. fol. 98 b.
22. Ejusdem ad Lucilium epistola de contemnenda morte. fol. 100 b.

23. S. HIERONYMI Expositio fidei ad Alypium et Augustinum episcopos missa. fol. 101.

24. Ejusdem tractatus 'de essentia Trinitatis vel Deitatis et dictis de Deo translative vel de membris Domini.' fol. 102.
Incip. "Omnipotens Deus, pater et filius."

25. Ejusdem ad Marcellam de decem nominibus, quibus apud Hebræos dicitur Deus. fol. 105.
Inter opp. tom. i. col. 128.

47.

Codex membranaceus, in folio, ff. 189, secc. xii. et xiii., quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1249.]

1. DIONYSII Areopagitæ opera e Græco in Latinum versa per Johannem Scotum Erigenam, glossis [S. Maximi?] hic illic margini adpositis. fol. 5 b.
Tit. "In hoc volumine continentur libri sancti Dionisii Ariopagite, quos Johannes Fruigena transtulit de Greco in Latinum, jubente gloriosissimo rege Karolo, Ludewici imperatoris filio."
Præmittuntur,
a. JOH. ERIGENÆ præfatio duplex, metrica scil. et prosaica. fol. 1.
Exstat, ed. Usserio, in Epp. Hibern. Sylloge, p. 57.
b. Tabula capitulorum. fol. 4 b.
c. Carmen elegiacum in laudem Dionysii. fol. 5.
Incip. "Lumine sidereo Dyonisius."
Incip. gloss. "Quia utitur magnus Dionisius catholica Jacobi epistola."
In calce, "Expletæ sunt decem epistolæ Dyonysii Ariopagitæ archiepiscopi facti Athenarum."
Succedunt,
a. POLYCRATIS successoris archiepiscopi Ephesi ex epistola ad Victorem successorem archiepiscopum. fol. 90.
b. CLEMENTIS, presbyteri Alexandriæ, ducis scholæ ex superscripto suo sermone, quis salvatus dives. fol. 90.

2. S. PAULI et SENECÆ epistolæ mutuæ, prævio S. Hieronymi prologo. fol. 92 b.
Tit. "Incipit prologus sancti Hieronimi in libro epistolarum Senece."
In calce est epitaphium Senecæ, incip. "Cura, labor, meritum."

3. SENECÆ ad Lucilium epistolæ xci. fol. 93 b.
Tit. "Incipiunt epistole Senece ad Lucillium liber primus."
In calce, "Explicit liber [xiii. epistolarum] Senece ad Lucilium [et deficiunt adhuc libri quatuor;" *man. sec.*]

---

4. HUGONIS DE S. VICTORE opus super Dionysii cœlestem Hierarchiam; in calce mutil. fol. 155.
Tit. "Incipit prefatio magistri Hugonis, canonici ecclesie sancti Victoris, super Jerarchiam theologi Dyonisii Ariopagite de differentia mundane theologie atque divine et de demonstrationibus earum."
Defic. in verbis, "O Thymothee priusquam de visibilibus forcioribus angelorum"—— in edit. Venet. fol. 291, col. 1, l. 2.

48.

Codex chartaceus, in folio, ff. 253, anno 1450 nitide scriptus; [ol. 1321.]

M. TULLII CICERONIS orationes xxxiii.; scilicet,

1. Pro P. Quintio ad judices. fol. 1.
2. Pro Sexto Roscio. fol. 10.
3. In P. Vatinium Testem. fol. 25.
4. Pro P. Sextio. fol. 29 b.
5. Pro L. Muræna. fol. 39.
6. Pro L. Flacco. fol. 50.
7. Pro A. Cæcina. fol. 60.
8. Pro C. Rabirio Posthumo. fol. 71.
9. Pro M. Cælio. fol. 75 b.
10. Pro domo sua ad Pontifices. fol. 83.
11. In L. Pisonem. fol. 98 b.
12. De responsis haruspicum. fol. 111.
13. De provinciis consularibus. fol. 118 b.
14. De lege Agraria contra Rullum. fol. 125.
Notatum est in margine, "Hic deficiunt due carte, que faciunt principium hujus orationis."
15. Pro C. Rabirio Posthumo. fol. 140.
16. Pro Q. Roscio Comœdo. fol. 144.
17. De eligendo Imperatore Pompeio. fol. 149.
18. Pro se-ipso antequam exiret in exilium. fol. 156.
19. De restitutione ipsius. fol. 159.
20. Pro se-ipso gratias agens. fol. 161 b.
21. Pro M. Marcello. fol. 166.
22. Pro Q. Ligario. fol. 168 b.
23. Pro rege Deiotaro. fol. 172.
24. Pro A. Cluentio. fol. 175 b.
25. Pro T. Annio Milone. fol. 198.
26. Pro P. Sylla. fol. 209 b.
27. Pro Archia Poeta. fol. 220.
28. Pro Cn. Plancio. fol. 223 b.
29. C. SALLUSTII in Ciceronem invectiva. fol. 236.
30. CICERONIS in Sallustium. fol. 237.
31. In Catilinam Invectivæ quatuor. fol. 239.
In calce, "Explicit liber quartus Invectivarum anno Domini m.cccc.l° Deo gratias."
Præmisit notitiam T. Hearne, "Totum hunc codicem contuli cum editione Gronoviana in 4to. Tho. Hearne. Dec. 6. 1708."

49.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 176, sec. xi. ineuntis, columni triplici bene exaratus; [ol. 1143.]

1. Porphyrii Introductio in quinque voces; anonymo interprete. fol. 1. A

Incip. "Cum sit necessarium, Crisarori."

2. A. M. S. Boethii in eundem librum commentarii, a Mario Victorino translati. fol. 3.

Exstant inter opera, ed. Basil. 1570, p. 1.

3. Ejusdem in "Ysagogas a se translatas" commentarius. fol. 14.

Ibid. p. 46.

4. Aristotelis liber de Prædicamentis, annexis ejusdem Boethii commentariis. fol. 29. B

Tit. text. "Incipiunt Cathegoriæ Aristotelis."

Tit. comment. "Anicii Manlii Severini Boetii vc. et Ill. Exc. ordinis Patricii Editionis primæ in Aristotelis Cathegorias a se translatas."

Ibid. p. 112.

5. Aristotelis de interpretatione libri duo, cum Boethii commentariis. fol. 56 b.

Defic. comment. in verbis, "quas cathegorias Greci monument"—— in edit. cit. p. 357, l. 36.

6. M. T. Ciceronis Topica, cum Boethii commentariis. fol. 97 b. C

Ibid. p. 757.

Sequuntur nonnulla de argumentis incip. immediate post comment. "persona extrinsecus attributa dicitur, quando quis aut de improbis amicis arguitur."

7. Ejusdem de Inventione Rhetorica libri duo, [Victorini] commentariis in margine scriptis instructi. ff. 137 b.—144 b., 129—136 b., 145.

8. [M. Fabii Victorini] commentarius in Ciceronis de inventione Rhetorica libros duo. fol. 146 b. D

Defic. in verbis, "tribus modis qualitates eveniunt, multa his enim communiter eveniunt"—— in edit. Colon. 1539, p. 530, l. 27.

---

9. Johannis Hildeshemi, ord. Carmel., Speculum fontis vitæ, prævia capitulorum tabula. fol. 168.

Tit. "Incipit speculum fontis vite fratris Johannis de Hildensheim, ordinis beate Marie de monte Karmeli." E

Incip. cap. i. "de vivi fontis intrinseca fecunda perfectione;" "Unicum est omne penitus ens."

Præcedunt versus,

"Stet speculum vite fontis precor omnibus annis
Quod Carmelitæ finxit pia musa Johannis
Hildensheimensis necis a quo sit procul ensis.
Alma parens vite fons dedulcissima vite
Fac mea me vite pia dignificare loqui te."

Desin. "pro captu suo diversimode participat qualecunque vivum." F

Sequitur oratio ad Christum.

50.

Codex membranaceus, in folio, ff. 206, sec. xiii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; anno 1544 peculium Johannis Manfredi; [ol. 1338.]

Titi Livii Patavini Decas prima, notulis marginalibus instructa.

Tit. "Titi Livii Patavini clarissimi ystoriografi ab urbe condita liber primus."

In calce, "Titi Livii ab urbe condita liber decimus explicit feliciter; Deo ejusque pie matri gratias; Amen."

Deinde, "Joannes Venerius dedit dono Joanni Manfredi 1544, die 25 Octobris."

51.

Codex membranaceus, in folio, ff. 194, sec. xv., bene exaratus, et quoad literam uniuscujusque libri initialem illuminatus; [ol. 635.]

M. Fabii Quintiliani de Institutione Oratoria libri duodecim, cum procemio.

Tit. "M. Fabii Quintiliani de institutione oratoria liber primus incipit."

In calce, "M. F. Q. institutionum oratorum ad Victorium Marcellum liber ultimus explicit."

52.

Codex chartaceus, in folio, ff. 100, sec. xv.; [ol. 1407.]

1. C. Plinii Secundi Epistolarum libri octo, præviis de auctore testimoniis. fol. 2.

Tit. "C. Plinii Secundi Veronensis oratoris epistolarum primus incipit feliciter."

In calce, "Caii Plinii Secundi Veronensis oratoris epistolarum octavus liber et ultimus explicit feliciter."

Sequitur notitia ex Laurentio Valla.

2. Consulum Romanorum epistola ad Pyrrhum, ex A. Gellio. fol. 90 b.

3. Philippi ad Aristotelem epistola. fol. 90 b.

4. Alphonsi V., regis Aragonum, epistola ad [Calixtum papam III.] de captura classis triremium Januensium. fol. 90 b.

Incip. "Quamvis totiens Januenses."

5. Petri de Campoforgoso, ducis Januensium, epistola ad Alphonsum de eadem; dat. Januæ, 17 Jul. 1456. fol. 91 b.

Incip. "Recogitantes sepenumero."

6. Oratio Senecæ ad Neronem ex Tacito, cum responsione. fol. 91 b.

7. Fabulæ Æsopi translatæ e Græco a Laurentio Valla, secretario illustrissimi domini regis Aragonum, dicatæ Arnaldo Fondredæ, ejusdem regis secretario. fol. 92 b.

53.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 58, sec. xv., nitide exaratus; [ol. 856.]

A. M. S. Boethii de consolatione philosophiæ libri quinque, notis marginalibus et interlinearibus instructi.

Præcedunt, *eadem ac notæ manu,* "Quedam notabilia super Boetio, videlicet, Reductio sententie totius libri Boetii in epitomium prosaicum et metricum."

Incip. "Boetius potens Romanus."

Incip. vers.

"Auctor monstrabit miser prius et tria facit."

In calce, "Laus, honor, virtus, gloria, Deo Patri et Filio Sancto simul Paraclito in seculorum secula."

Sequuntur epitaphia duo,

a. Boethii, "inventum Papiæ sculptum aureis litteris in sepulchro."

b. Helpis, uxoris ejus, "quod composuisse fertur quendam eruditum virum ad commendationem ipsius desiderantis sepeliri cum suo viro."

54.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 54, sec. xiii., bene exaratus; quondam Samsonis Johnson; [ol. 1514.]

A. M. S. Boethii de arithmetica libri duo, figuris instructi.

55.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 76, sec. xiv.; [ol. 1369.]

L. Apuleii Madaurensis Metamorphoseon seu de asino aureo libri undecim.

Tit. "Lucii Apuley Madaurensis Methamorphoseon, qui Asinus Aureus intitulatur, liber primus," deinde *man. sec.* "Salustius Rome emendavit, vel Apuley Platonici Mada. Metha. incipit primus."

Instruxit opus manus recentior notulis aliquot marginalibus.

In calce, "Lucii Apuley Madaurensis Platonici phylosophi methamorphoseon de asino aureo. Explicit liber undecimus et ultimus totus completus feliciter. Amen."

56.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 52, sec. xv., nitide exaratus et pictus; quondam Gul. Lasson; [ol. 1382.]

Flavii Vegetii de re militari libri quatuor, prologo tabulisque capitum instructi.

Tit. "Flavii Vegetii Renati viri illustris comitis epithoma rei militaris libri numero quatuor feliciter incipiunt."

In calce, "Fl. Eutropius emendavi sine exemplario Constantinopol. consul. Valentiniano Aug. vii. et abiem.

Flavii Vegetii Renati viri illustris liber quartus explicit feliciter."

57.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 136, sec. xv., nitide exaratus; [ol. 1365.]

Justini epitome librorum xliv. historiarum Trogi Pompeii, cum prologo.

Tit. "In Pompei Trogi epithoma hystoriarum prologus."

In calce, "Pompei Trogi epithoma historiarum liber quadragesimus quartus et ultimus explicit."

58.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 47, sec. xv., anno scilicet 1453 nitide exaratus; [ol. 1243.]

Lucii Annæi Flori Romanæ historiæ epitome libris quatuor.

Tit. "Lutii Annei Flori epitoma in Titum Livium Patavinum librorum quatuor incipit prohemium."

In calce, "Lucii Annei Flori viri clarissimi factorum memorabilium ab urbe condita usque ad tempora Cesaris Augusti liber quartus et ultimus explicit feliciter, Vale qui legis. m.cccc.liii. tertio kal. Jenuarii.

Floro quis brevius quis vel facundius unquam
Mire si inspicias hoc brevitatis opus.
Christophorus Graius."

Sequitur breviarium chronologicum.

59.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 77, sec. xv.; [ol. 1283.]

1. C. Sallustii Crispi Bellum Jugurthinum. fol. 1.
2. Ejusdem Bellum Catilinarium. fol. 49.

Sequitur manu altera, "Aristotelis epistola ad Alexandrum de sanitate servanda."

60.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 143, sec. xv.; [ol. 924.]

Aristotelis Politicorum libri octo, interprete Leonardo Bruno Aretino, cum præfatione.

Tit. "Leonardus Ar. Ar. prohœmium in libros Politicorum Aristotelis philosophi omnium judicio probatissimi."

Præcedunt Leonardi epistolæ duæ ad Flavium de eodem opere.

In calce, "Politicorum liber octo [*sic*] et ultimus explicit fœliciter."

Sequitur tabula contentorum.

61.

Codex chartaceus, membrana hic illic interposita, in 4to, ff. 160, sec. xv., ad calcem mutil.; [ol. 928.]

1. M. T. Ciceronis Rhetoricorum ad Herennium libri quatuor. fol. 1. A

Tit. "Marci Tullii Ciceronis oratoris clarissimi ad Herennium Rethoricorum novorum liber primus."

2. Laurentii Gulielmi de Saona Rhetorica Nova cum prologo. fol. 74.

Tit. "Fratris Laurencii Guilelmi de Saona ordinis minorum sacre theologie doctoris prohemium in Novam Rhetoricam."

Incip. procem. "Cogitanti mihi sepenumero ac diligentius contemplanti." B

Incip. opus, "Quoniam igitur in presenciarum de oracione rethorica dicturi sumus."

Defic. in lib. iii. cap. "de contencione 13° colore" verbis, "Nam quid est quod mundus non obesse possit, qui de"——

62.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 123, anno 1461 manu Gabrielis de Veritate scriptus; [ol. 1058.] C

M. T. Ciceronis de Officiis libri tres.

In calce, "Iste Tulius de Officiis est mei Gabrielis de Veritate, quam propria mea manu scripsi finivique xxviiii. die Septembris et in festo Sancti Michaelis, 1461."

Sequitur catalogus librorum "che se trova in casa fina a di 6 Mayo 1505;" *Italice.*

63.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 30, anno 1455 nitide exaratus; [ol. 542.]

M. T. Ciceronis Epistolæ ad Familiares lix.

In calce, "Finito libro, m°.cccc°.lv. die vigesimo nono mensis Aprili Hora tertia et media noctis, Deo gratias; Amen."

In fronte codicis, "Hunc cod. contuli cum ed. Gronovii in 4to. Martii 18, 170$\frac{8}{9}$. Tho. Hearne." E

64.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 82, sec. xv.; [ol. 1040.]

M. T. Ciceronis ad Herennium Rhetoricorum libri quatuor.

Præcedunt,

a. Tabulæ duæ de vocibus avium animaliumque plurium, quod quæque significet secundum Zodiaci signum. fol. 1. F

In medio pag. 1 occurrit, "Die primo Decembris 1442 habui Babtistam nepotem Francisc."

b. Versus de istis, quibus subvertuntur hominum mores. fol. 2.

Incip.

"Plurima cum soleant hominum subvertere mores."

c. Guarini Veronensis ad Gas[parem Barzizium] Bergomensem in laudem Ciceronis epistola. fol. 3.

Incip. "Superiori tempore cum ad nos."

d. Sententiæ ex Terentio. fol. 4 b.

In calce operis, "Explicit Rhetorica ad Herenium; Deo gracia; Amen."

Sequitur, "Laudatio Rhetoricæ et ad eam exhortatio;" incip. "Per hosce dies cum orationum illud et prudens et utile preceptum legerem."

Defic. "ut quo uno bestiis homines prestant eo vos"——

65.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 109, sec. xiii., nitide exaratus; quondam peculium librariæ S. Augustini Cantuar.; [ol. 1355.]

1. Johannitii Isagoge in Galeni artem parvam, anonymo interprete. fol. 1.

Tit. "Hic incipiunt Isagoge."

Incip. "Medicina dividitur in duas partes."

2. Hippocratis Aphorismorum liber, notis marginalibus et interlinearibus instructus. fol. 16.

Tit. "Incipit liber Afforsmorum Ypocratis."

Exstat Florent. 1508.

In calce, "Explicit liber Afforismorum Ypocratis."

3. Ejusdem liber Pronosticorum, ex versione antiqua. fol. 36.

D In calce, "Explicit liber Pronosticorum Ypocratis."

4. Theophili liber de Urinis, ex versione antiqua. f. 46 b.

Tit. "Incipit liber Urinarum Theofili."

5. Philareti liber de pulsibus. fol. 61.

Tit. "Hic incipit liber Philareti de pulsu."

6. Galeni Tegni, sive Ars Parva, cum notulis interlinearibus et marginalibus. fol. 65.

Tit. "Hic incipit liber Tegni Galieni."

In calce,

"Finito libro . sit laus et gloria Christo.
Explicit liber Tegni G."

7. [Hippocratis liber de regimine acutorum.] fol. 102.

Incip. "Qui de egrotancium accidentibus in singulis egritudinibus;" ut in edit. antiqua Galeni Artis Parvæ, sine loco vel anno.

66.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 86, sec. xv.; [ol. 780.]

1. C. Plinii Secundi de viris illustribus liber. fol. 1.

Tit. "Gaii Plinii Secundi oratoris Veronensis de viris illustribus liber."

In calce, "Gaii Plinii primi oratoris Veronensis de viris illustribus liber finit 1465."

2. Benvenuti de Rambaldis liber dictus, Augustalis,

cum præfatione ad Nicolaum, marchionem Estensem. fol. 28.

Tit. "Liber qui dicitur Augustalis continens sub compendio brevem descriptionem omnium Augustorum ad illustrem Nicolaum marchionem Estensem."

Impress. exstat Argent. 1505.

3. Ang[elæ] Veronensis de Nog[arolis] ad Antonium de Luschis tetrastichon. fol. 48.

Incip. "Si modo me veniens."

Incip. "Notandum primum objectum hujus partis esse rationalem creaturam vel hominem."
Pars secunda tractatus hujus est de Peccatis et Vitiis et incip. "Nota primum in hoc tractatu vitium et peccatum."
A fol. 232 ad finem agitur de Fide, de Spe et de Charitate, scil. in Secundæ Secundæ partem primam.

61.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 597, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1460.]

Disputationes de Sacramentis in genere, scilicet in Thomæ Aquinatis Summæ partis tertiæ quæstiones lx. seqq.
Incip. "De nomine Sacramenti. Quemadmodum D. Thomas in prima parte suæ Summæ post explicacionem divinæ naturæ."
Desin. [de extrema unctione] "alioquin valide conferri non potest; et hæc, paucis pro ratione temporis, de hoc Sacramento. Anno 1605, 26 Septembris."

62.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 147, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1461.]

Prima Pars Theologiæ Scholasticæ S. Thomæ Aquinatis, doctoris angelici, de Deo Uno et Trino.
Tertia pars ejusdem de Sacramento Pœnitentiæ et Matrimonii.
Molshemii A. 1623 et 24. Dictabat reverendus pater Matthias Rorer ejusdem academiæ doctor eximius; [cf. Cod. MS. supra 57].
Tit. "In Primam partem D. Thomæ Theologiæ Scholasticæ."
Incip. "Summa D. Thomæ dividitur in tres partes, in prima agit de Deo, quatenus est unus in essentia."
Desin. "adulterium omne est per se malum.

63.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 467, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1462.]

1. Disputationes de Sacramentis super Quæstiones lx. seqq. tertiæ partis Summæ Thomæ Aquinatis. fol. 1.
Incip. "Adver. 1. de hac materia."
In fine, "Finis D. Thomæ."

2. "Incipit Supplementum: De necessitate Pœnitentiæ disputatio." fol. 343.
Incip. "Quæ hactenus exposuimus fere speculativa fuerunt."

3. De integritate formali Confessionis. fol. 373.
Incip. "D. i. An propter instans mortis periculum."

4. De tertia parte Sacramenti Pœnitentiæ. fol. 413.
Incip. "De satisfactione in communi. An per hanc in vita pœna temporalis."

5. De Matrimonii Sacramento. fol. 428 b.
Incip. "De hac materia auctor supple."
Desin. "Hæc jam limitata et immutata sunt."

64.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 131, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1463.]

Disputationes in Thomæ Aquinatis Summæ Primam Secundæ.

Incip. "Agit D. Thomas de fine hominis ultimo, qui est beatitudo supernaturalis."
In marg. "11 Apr."
Divisæ sunt postea in capita, quæ sequuntur,
a. De legibus. fol. 28.
Incip. "Dicam primo de lege in communi."
b. De peccato. fol. 60.
Incip. "Dicam primo de natura peccati actualis."
In marg. "Prima secundæ quæst. 71. D. Thomæ, 22 Nov. A. 1611."
c. De gratia. fol. 100.
Incip. "Nomen gratiæ dupliciter sumi potest."
In calce, "Finis anno 1612, 25 Septembr. Laus Deo Virginique Matri."

65.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 107, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1464.]

Disputationes super Thomæ Aquinatis Summæ Theologiæ partem primam.
Tit. "De Deo et Trinitate. In primam partem D. Thomæ."
Incip. "Theologia teste Augustino 8°. de Civitate c. i. ex vi nominis."
Desin. in cap. cui tit. 'Appendix de gratia Angelorum.' "est facta figura conjunctionis Christi in ecclesia."

66.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 218, sec. xvi. exeuntis; [ol. 1465.]

Commentarius super Thomæ Aquinatis Summæ partem tertiam.
Tit. "In tertiam partem Summæ theologiæ S. Thomæ Aquinatis commentarius. R. P. I. B. N."
Incip. "De Incarnatione. Utrum conveniens fuerit Deum incarnari. Concl. Conveniens fuit Deum."
In margine scriptum est, "14 Junii, 1591."
Desin. "imperfectum quoad integritatem, ita Bellarm. c. 17."
Sequitur Supplementum, quæstiones lxvii. amplectens, de pœnitentia, confessione, etc.
Incip. "De partibus pœnitentiæ in specie. Ar. i. Quid sit contritio? Contritio apte definitur dolor de peccatis."
Desin. quæstio lxvii. De filiis illegitime natis, "quod per legem inducitur per legem revocari potest."
In calce, "Laus et gloria Deo Opt. Max. Beatissimæque V. Matri."

67.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 131, sec. xvi. exeuntis, manu eadem ac præcedens scriptus; [ol. 1466.]

Commentarius super Thomæ Aquinatis Summæ partis primæ quæstiones xl. priores, a R. P. Leonardo Holzero dictatus.
Tit. "Commentarius in primam partem Summæ Theologiæ D. Thomæ Aquinatis."
Incip. "Theologia si nomen spectes idem est quod sermo."
In margine, "12 Novemb. anno 1573, ceptus a R. P. Leonardo Holzero."
Desin. "quia nullum singulare in rerum natura existit sine existentia."

68.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 515, sec. xiv., binis columnis exaratus; quondam peculium "fratrum Montis S. Michaelis prope Moguntiam," postea Johannis de Esschenewege, alias dict. de Loupath; [ol. 1368.]

S. Gregorii Papæ I., Magni, Moralia sive Expositio in librum Job, libris xxxiv. comprehensa, cum prologis.
Præcedit index locorum ad Scripturas Sacras spectantium, quæ in operibus S. Gregorii invenienda sunt; [in fine mutil.] ff. 1, 490.
Sequuntur quæstiones nonnullæ de vocum significatione, Theologia, Anagoge, etc. incip. "Divina Scriptura, quot modis distinguitur."
In calce, "Explicit, juvante Domino, liber xxxv."
In margine fol. 1. superiori notatum est, "Iste liber est fratrum Montis Sancti Mychahelis prope Mogunciam ord.... sed postea natus ad vendendum pro ... florenis ad emendum pergamenum per M..... cominus Johannes de Esschenewege, alias dictus de Loupath, eum retinuit..."

69.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 286, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; olim Carthusiensium prope Moguntiam, et quoad partem posteriorem eccl. "S. Mariæ in Eberbach;" [ol. 958.]

1. Commentarius super S. Matthæi Evangelii capita v.—xx. cum prologo de sermone Domini in Monte. fol. 1.
Incip. prol. "De hoc sermone videntur dissentire Luchas et Matheus."
Incip. comment. "Videns autem turbas, etc. ut vitaret eas, quia coram eis tam alta non erant predicanda."

2. S. Matthæi Evangelium glossa marginali et inter-

lineari instructum; cum prolegomenis, [an ex Hugone de S. Caro,] etc. fol. 130.

Incip. prol. "Nomen libri Evangelium, Græce, bonum nuncium, Latine."

Incip. gloss. "Matheus generacionem descendendo computat, quia humanitatem Christi ostendit."

Desin. "Prima Maria filia Joachim virgo permansit et mater Domini."

Præcedit nota sequens, "Magister Hugo. Liber Sancte Marie in Eberbach."

70.

Codex membranaceus, in folio, ff. 115, sec. xv.; [ol. 827.]

Jacobi de Voragine, sive cujuscumque sint, sermones de Sanctis.

Tit. "Incipiunt sermones Jacobi de Voragine de Sanctis."

Incip. i. "De S. Andrea Apostolo. 'Simili pena servus cum Domino' etc. Filius Dei condolens humano generi vexillum Sancte Crucis in medio mundi constituit."

Desin. ult. quæ est de S. Katherina, "dic de triplici corona, qua corona est a domino nostro Jhesu Christo, Cui cum Deo Patre," etc.

In calce, "Expliciunt sermones de Sanctis, Jacobi de Voragine; Deo gratias."

71.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 134, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 1100.]

1. Thomæ Agnelli, archidiaconi Wellensis, sermones de diversis. fol. 1.

Tit. "Incipiunt sermones magistri Thomæ Agnelli, Wellensis archidiaconi."

Incip. "Sacerdotes tui Domine induantur justiciam. Facimus et idiota indigens magis doceri quam docere."

Desin. ult. "cum ceperit eterne beatitudinis splendor declarari, contra namque sibi invicem collata magis elucent."

Postrema pars operis non tam sermonis, quam orationis panegyricæ formam in laudem Henrici principis, Henrici regis Secundi filii, usurpat.

De Henrici morte et post mortem miraculis locupletius agit, aliaque apud historicos haud fere edita, nec relatu haud omnino indigna, exponit.

De morte vide fol. 118.

De sepultura apud Rothomagum. fol. 121 b.

2. Sermones de pastoribus ecclesiæ, etc., madore corrupti. fol. 125.

Incip. "Qui descendunt mare in navibus; etc. Dixit et stetit spiritus procelle."

72.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 115, sec. xii. ineuntis; olim 'liber S. Mariæ Virginis in Eberbach,' postea 'Magistri Rimundi;' [ol. 1107.]

S. Johannis Evangelium cum glossis marginalibus interlinearibusque.

Incip. gloss. in præf. S. Hieronymi, "Omnibus divinæ scripturæ paginis;" ut in editt. Lyranis.

In calce, "Liber Sancte Marie Virginis in Eberbach."

73.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 162, sec. xiii. exeuntis; anno 1498 peculium 'presbiteri Hieronymi Salgarii;' [ol. 1102.]

Isidori, episcopi Hispalensis, Sententiarum, sive de Summo Bono, libri tres.

Tit. "Incipit liber primus Sancti Ysidori episcopi, qui Summum Bonum appellatur."

Exstant inter opera, ed. Colon. 1617, p. 414.

Præcedunt folia duo rejectitia fragmentum Missalis vetusti exhibentia, in quorum alterius margine superiore notatur, "Hunc librum Isidori emi ego Hieronymus Salgarus a spectabili milite pro egregio docto nobili cive Patavo domino Antonio Francischo de Doctis 1463 prec. ducat. c."

74.

Codex membranaceus, in folio, ff. 238, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1121.]

[Petri Comestoris Historia Scholastica;] initio mutil.

Incip. in verbis,—"vel quadratis: alia littera vel bituminatis;" in edit. Argent. 1503, sign. b 3, col. i. l. 35.

In calce, "Explicit historia Auctuum Apostolorum."

75.

Codex membranaceus, in folio, ff. 44, secc. xiv. et xiii., binis columnis partim exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguneiam; [ol. 1113.]

1. S. Katharinæ Virginis et martyris vita, capitulis xl. comprehensa. fol. 1.

Tit. "Gesta beate Katherine Virginis ac martiris."

Incip. prol. "Cum sanctorum forcia gesta ad memoriam posterorum transcribimus."

Desin. "pro mundi redemptione ad passionem properavit. Cui honor, laus, et potestas;" etc.

Sequitur Hymnus ad eandem, incip. A
" Aurea vale virgula,
Katherina, munuscula."

2. Passionale Sanctorum per circulum anni. fol. 10.
Incip. i. " De Sancto Bonifacio. Gloriosus martyr Christi Bonifacius, Moguntie archiepiscopus, de Britannia veniens."
Narrationes sunt brevissimæ, infra lineas paucas fere inclusæ.
Ult. est de Marcello papa, incip. " Marcellus cum Rome summus pontifex esset et Maximianum B Imperatorem de eximia in Christianos sevicia increparet."

3. Tractatus de Missa, sive Speculum Ecclesiæ, auctore [H. de S. Caro]. fol. 34.
Incip. " Dicit Apostolus ad Ephesios vi. Induite vos armatura Die;" etc. " Hec armatura est vestis sacerdotalis."
Impress. exstat Paris. 1480, et alibi.
In calce, " Explicit speculum ecclesie."
Sequuntur alia de Symbolo cantando, etc. incip. " Symbolum autem in illis sollempnitatibus C tantum ad missam cantari."

4. Nicodemi Evangelium de passione Domini. fol. 38 b.
Tit. " Incipit passio Nycodemi."
Incip. " Factum est in anno xviiii. Imperii Tyberii Cesaris."
Desin. in epist. Pilati ad Claudium. Cf. Fabric. Cod Apocr. Nov. Test. p. 298.

D

76.

Codex membranaceus, in folio, ff. 119, sec. xii. exeuntis; [ol. 1217.]

Aëlredi, abbatis Rievallensis, sermones triginta duo in capp. xiii.—xvi. prophetæ Isaiæ, cum prologo ad Gilbertum, ep. Londoniensem.
Tit. " Epistola A. abbatis Rievallis ad G. venerabilem episcopum Londoniensem."
Exstant impress. inter opera, ed. Duac. 1631, E p. 1.

77.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 155, sec. xv. ineuntis; [ol. 997.]

Johannis Waldeby, Eboracensis, Sermones Dominicales per totius anni circulum.
Incip. i. " Prædicate evangelium omni creature, F Mar. 16. Ad oculum cernitis quod in successione hereditaria hec tria se habent."
Sermo in Dominic. i. Adventus inveniendus est ad fol. 26 et incip. " Cum appropinquaret Jhesus Jerosolimam, etc. Evangelium est laycis exponendum et predicandum."
In marg. citantur Grostete, Comestor, etc. et occurrunt notitiæ Anglice script. ut in fol. 23,

" A kynge goucrnynge in kyndely goudlynesse
A felichepe faylynge in manyfolde febulnesse."

In calce sequitur collectio historiarum quæ in sermonibus prædictis narratæ fuerint, cum brevi prologo. fol. 140.
Incip. prol. " Quoniam omnes historias et narraciones in sermonibus."
Incip. hist. " In historia Barlaham et Josaphat legitur quod Barlaham."
In fine, manu altera sed antiqua, " Explicit tractatus, qui dicitur Novum opus Dominicale, continens sermones per omnes dominicas tocius anni cum quibusdam festis principalibus, quem tractatum compilavit frater Johannes de Waldeby, ordinis S. Augustini sacre pagine professor, sub anno Domino m.ccc. sexagesimo quinto.
Sit tibi laus Christe . quo perficitur liber iste,
Precibus assiste . scribentis diligat iste
Waldby Jon dictus . qui fecit sit benedictus
Calvis addictus . nec penis sit derelictus."
Sequitur tabula alphabetica " talis qualis super Ser. Waldeby."

78.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 103, sec. xii.; [ol. 1105.]

Venerabilis Bedæ expositio super epistolas septem catholicas.
Tit. " Beda in septem canonicas epistolas."
Præmittuntur,

a. Versus decem heroici; incip.
" Jacobus et Cephas, Johannes, Thadeus uno
Spiritus excelsi flagrantes lumine, septem."

b. Prologus incip. " Jacobus, Petrus, Johannes et Thadeus septem epistolas tradiderunt."
In calce, " Explicit expositio venerabilis Bede prespiteri [*sic*] in epistolam Jude apostoli."

Sequuntur,

a. Anastasii papæ IV. Privilegium confirmans statuta, etc. ordinis Cisterciensis. fol. 101 b.
Tit. " Privilegium Anastasii pape."
Incip. "Anastasius," etc. " S. Romana ecclesia, sicut in beato Petro Apostolorum principe."
Consentit cum pluribus quæ inveniuntur sub Eugenii III. nomine in Bullar. Roman. ed. Cocquelines, tom. ii. p. 325.

b. Alexandri papæ III. Bulla ejusdem momenti. fol. 103 b.
Incip. " Cum suis artius divinis obsequiis dediti."
Dat. " Tusculan. v. idus Martii."

79.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 149, sec. xii. ineuntis, duobus exaratus librariis; quondam

monasterii B. Mariæ de Radinga, postea Willelmi Wargrave; [ol. 996.] A

1. [HAIMONIS HALBERSTADIENSIS] Expositio in S. Johannis Apocalypsin, cum prologo. fol. 1.
Incip. prol. "Legimus in ecclesiastica istoria beatum Johannem;" ut in edit. Paris. 8vo. 1535.
In calce, "Sic explente libro vivat."

2. De commemoratione defunctorum vel de missa pro eis, et cur tertius, septimus, vel trigesimus aut anniversarius dies, celebrentur. fol. 87 b.
Incip. "Missa pro mortuis in hoc differt a consueta missa, quod sine gloria et Alleluia et pacis osculo celebratur." B

3. Epistola ALEXANDRI regis magni Macedonum ad Dindymum, regem Bragmannorum de philosophia, cum responso; mutil. fol. 88 b.
Exstant impress. in Palladii Hist. de Bragman. Lond. 1665, p. 85.
Defic. in verbis, "Veruntamen quod satis;" p. 87, l. 14.

C

4. Fragmentum orationis ad vesperas cum commento, de x. mandatis, de virtutibus septem, de xii. articulis fidei; *Gallice*. fol. 89.
Incip. "—— a maleise dune vus comforte il."

---

5. De peccato ex Isidoro, Augustino, etc. fol. 91.
Incip. "Quibus modis peccatum fiat. Duobus modis peccatum committitur."

6. [NICODEMI Evangelium] de gestis Domini. fol. 92. D
Tit. "In nomine sancte Trinitatis incipiunt gesta Salvatoris Domini nostri Jhesu Christi, quæ invenit Theodosius magnus Imperator in Jerusalem in pretorio Pontii Pilati in codicibus publicis."
Incip. "Factum est in anno vicesimo tercio imperii."
Desin. "que gesta sunt de Jhesu in pretorium meum," qui est finis epistolæ Pilati ad Claudium.
Exstat in Cod. Apocr. Nov. Test. ed. Fabricio, p. 238. E

7. Oratio animæ peccatricis ad Deum. fol. 104.
Sequuntur notitiæ,
a. "Hic est liber monasterii beate Marie Radinge, quem qui alienaverit vel fraudem de eo fecerit, anathema sit. pretium libri. x. s. ix. d.
b. "Hic liber ut a senioribus audivimus per latrones ablatus est circa annum Domini millesimum cccc. lxxxx. postea vero Willelmus Wargrave cum apud Leomunstriam moraretur hunc librum a quodam generoso pro x. s. ix. d. redemit et ut potestis cernere ad monasterium iterum reduxit." F

8. [S. ANSELMI] Oratio ad Dominum ante Missam. fol. 105.
Exstat inter opera, ed. 1721, p. 267, orat. xxix.

9. Orationes sex de S. Trinitate, ad Filium et ad S. Crucem. fol. 107.
Incip. i. "Domine, qui es Trinus et Unus."

10. 'Orationes ANSELMI, Cantuariensis archepiscopi.' fol. 110.
Incip. i. "Singularis meriti sola;" ut inter opera, ed. 1721. p. 278.
Ult. est de S. Maria Magdalena, in edit. cit. p. 301.

11. Ejusdem "Meditatio mortis." fol. 139.
Incip. "Terret me vita mea;" in edit. cit. p. 207.

12. Ejusdem oratio pro inimicis. fol. 140 b.
Impress. ibid. p. 263.

13. "Relatio Josephi," Patriarchæ. fol. 141 b.
Incip. "Deus autem Adam et mulierem ex aliis quidem plantacionibus gustare precepit."
Desin. "sed antequam Pilatus Romam veniret, Tyberius ex humanis rebus abscessit."

14. Oratio ad Omnes Sanctos Dei. fol. 148 b.
Incip. "Succurrite mihi, queso."

15. Oratio ad B. M. Virginem; rhythmice. fol. 149 b.
Incip.
"O Maria, mater Dei,
Miserere, precor, mei."

80.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 204, sec. xiii. et xiii. ineuntis; binis columnis haud una manu exaratus; quondam Carthusiensium apud Moguntiam; [ol. 866.]

1. Summa theologica de fide, de caritate, etc. fol. 1.
Tit. "De fide, [de spe et de] caritate."
Incip. "De fide dicitur . . . . . poscente rationem, reddere."
Tituli qui sequuntur sunt, "Quid sit fides;" "Alia assignatio fidei;" etc.
Tit. ult. est, "De quibusdam septenis;" et incip. "Quinque septena sunt in Sacra Scriptura, inveni que volo, si possum sicut postulas prius sigillatim."
Desin. "Accipe munusculum de v. septenis quod postulasti et cum illud respexeris memento mei. Gratia Dei sit tecum; Amen."
Sequuntur formulæ literarum pontificalium, etc.

2. [Magistri Præpositivi] Summa theologica, capitibus cxxxv. comprehensa, prævia capitulorum tabula. fol. 27.
Incip. præf. "Qui producit ventos de thesauris suis, Qui percussit primogenita Egipti."
Incip. cap. i. "De vocabulis, quæ dicuntur de Deo. De vocabulis, etc. Notandum ergo quod vocabulorum, que de Deo dicuntur."
Desin in cap. cxvii. "Utrum unum peccatum possit dimitti alio remanente:" in verbis, "si injuste Deus non ligat, tunc——."

3. Liber "LOTHARII Levite et Cardinalis de vilitate conditionis humanæ; qui Lotharius INNOCENTIUS papa III. postea dictus est," cum præfatione ad P. episcopum Portuensem. fol. 98.

Extat impress. inter opera, ed. Colon. 1575, tom. i. p. 421. A

In calce, "Explicit liber Lotharii Levite de vilitate condicionis humane."

4. Liber quæstionum theologiæ. fol. 117.

Tit. "Liber questionum theologie. Hic tractat primo de divina essentia et de tribus Personis; deinde de Angelis et sic de aliis."

Incip. "Breves dies hominis sunt et numerus mensium ejus infra primos limites cohartatur."

Desin. pars prima, "Semper enim debet conscientia pungi et in se puniri. B

Incipit altera, "De Incarnacione quæstiones. Longuo et spacioso communium questionum transmisso itinere tandem ad aliam distinctionem propositi operis."

Sequuntur capitula de sacramentis septem, desin. "Hec est illa misericordia, quam sanctus vir propter sui magnitudinem explicare non potuit."

5. Notæ et Definitiones theologicæ et morales de Deo, etc. fol. 200. C

Incip. "Propositi tenor exigit circa Deum et circa Spiritum, Creatum et circa Sacramenta ecclesiastica et circa virtutes et vicia; circa potentias anime naturales."

Desin. "sed tamen carni attribuitur quia per eam inferior pars anime que dicitur sensualitas."

Citatur Johannes Scotus super Dionysii Areopagitæ hierarchiam.

D

81.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 264, sec. xv. ineuntis; quondam ord. Carthus. prope Moguntiam; [ol. 865.]

1. Vita S. Bernardi, abbatis Clarevallensis, libris quinque comprehensa, auctore Gul. de S. Theoderico, aliisque, cum præfatione. fol. 1.

Tit. "Incipit prologus domni Wilhelmi abbatis sancti Theoderici in vita sancti Bernhardi Clarevallis abbatis." E

Exstat impress. nonnullis variantibus, inter opera, ed. Paris. 1690, tom. ii. col. 1061.

In calce, "Explicit vita beatissimi patris nostri Bernhardi primi abbatis Clarevallis."

2. Ejusdem S. Bernardi sermones xliii. de diversis. fol. 129.

Tit. i. "Sermo in die sancte Resurrectionis."

Incip. "Accepimus ab apostolo habitare;" ut in edit. cit. tom. i. col. 899. F

Postremi quinque sunt pro Dominica prima Novembris et exstant in edit. cit. tom. i. col. 943.

82.

Codex membranaceus, in folio, ff. 174, sec. xiii., optime exaratus et servatus; [ol. 861.]

Petri de Riga Aurora, Paraphrasis scilicet librorum fere omnium Scripturæ Sacræ, carmine partim elegiaco, partim heroico eoque rhythmico.

Tit. "Incipit prefatio in librum Magistri Petri, cujus titulus est Aurora."

Incip. prol. "Sodalium meorum petitio, cum quibus conversando florem infantie exegi."

Incip. Genes.

"Prima facta die duo celum terra leguntur,
Fit firmamentum spera sequente die."

In codice nostro Actibus Apostolorum succedunt liber Job et Cantica Canticorum; quæ desin.

"Hinnulus est Christus Cervorum jure vocatus,
Descendens patrum veterum de germine natus."

83.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 157, sec. xi. ineuntis; [ol. 1106.]

1. Sanctorum vitæ et Anecdota, auctoribus variis.

Tit. i. "Incipit liber Sancti Evagrii abbatis."

Cui succedit immediate prologus, manu altera sed antiquissima, inscriptus, "Incipit prologus Uuirici abbatis in Vitas Patrum."

Incip. "Vere mundum quis dubitet," ut in Rosweyd. Vit. Patr. p. 376, ubi auctor dicitur Ruffinus Aquileiensis, et intitulatur "Liber tertius de vitis Patrum."

Ad fol. 58 b, invenitur liber, qui a Rosweydo numeratur quartus; et ad fol. 82, [liber sextus, sed haud eodem ordine ac in libro impresso, sub titulo,] "Incipiunt sine intermissione et sobrietate, de Beato Arsenio," incip. "Dicebant de abbate Arsenio;" in edit. cit. p. 466, ubi continuatur ut in codice ad p. 469; postea vero ad lib. v. lib. i. revertitur, ut in edit. p. 428, excepto quod in codice præit capitulum sub tit. "Incipit capitulum de obedientia;" et incip. "Beate memorie abba Arsenius dixit aliquando;" in edit. cit. p. 469.

Continuantur inde narrationes usque ad cap. "Narraverunt de abbate Johanne brevis stature;" in edit. p. 469, pluribus tamen in codice omissis, quæ in editione videntur.

Sequitur [fol. 131] libellus "de conversatione optima diversorum Sanctorum;" in edit. pp. 495–498, col. 2, l. 31.

Evulsa sunt inter ff. 115 et 116, omnia quæ continentur ab edit. cit. p. 444, col. 1, l. 19 ad p. 445, col. 2, l. 12.

In calce, "Explicit vitas Patrum, Deo Gratias; Amen."

2. S. Macarii vita, auctoribus Theophilo, Sergio et Chino [sc. Hygino], monachis, cum prologo. fol. 138.

Tit. "In Christi nomine. Incipit vita et conversacio servi Dei Macharii, Romani heremitæ, qui inventus est prope Paradisum, ad viginti miliaria."

Exstat in Rosweyd. Vitis Patrum, p. 173.

3. Narratio de Monacho Ægyptiaco precante, 'Domine, Ostende mihi judicia tua.' fol. 148.

Incip. "Erat quidam monachus solitarius habitans in Ægypto."

4. Theophili cujusdam vita a diabolo ad abnegationem Christi instigati, postea vero pœnitentis. fol. 149.

Incip. "Factum est prius quam incursio fieret in Romana."

Sequitur, *manu altera*, inscript. "Ulricus scripsit," anecdotum alterum incip. "Nec pretereundum est quod in predicto Cenobio."

84.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 386, sec. xiv. exeuntis; binis columnis bene exaratus; olim Willelmi Turner; [ol. 1219.]

Breviarium, [secundum usum ecclesiæ Eboracensis].

Insertæ sunt in medio voluminis tabulæ eclipsium paschalesque, necnon Kalendarium, ubi notantur dies obituales plurium e familiis de Wilkinson et Young.

Notantur etiam obitus,

a. Mergeriæ Benson, 20 Feb. 1556.
b. Johannis Hambald 6 Mart. 1456.
c. Will. Duffeld, archid. Cleveland. 7 Mart. 1452.
d. Johannis Kemp, Cardinal. 22 Mart. 1453.
Notatur etiam de igne in eccl. Ebor. iv. Dominic. in Quadragesima 1463.
e. Rogeri Fardinge, 6. Ap. 1566.
f. Will. Felter, decan. Ebor. 1451.
g. J. Bernyngham, 23 Mar. 1457.

85.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 172, sec. xiv. exeuntis; binis columnis exaratus; utrimque mutil. [ol. 1587.]

1. Johannis de Peccham, archiep. Cantuar. collationes Dominicales super Epistolis et Evangeliis per anni cursum. fol. 1.

Incip. in verbis—"Macha id est de Juda Machabeo et fratribus ejus."

Desin. "ut hiis consideratis reveremur angelos quia per ipsos Dominus congregabit electos."

In calce, "Expliciunt collaciones J. de Pecham de omnibus Dominicis per annum."

2. Roberti Grostete, ep. Lincoln., Tractatus de decem præceptis. fol. 32.

Incip. "Sicut dicit Apostolus, Plenitudo legis est dilectio."

In calce, "Explicit Lincolniensis de X. preceptis."

3. [Gulielmi Alverni,] Parisiensis, liber de Causis, seu Cur Deus homo. fol. 57.

Exstat impress. inter opera, Venet. 1591, p. 525.

In calce, "Explicit tractatus, Cur Deus homo."

4. Henrici Cossei, seu Costesaye, Commentarius super Apocalypsim. fol. 67 b.

Incip. "Apocalipsis Jhesu Christi, quam, etc. Dividitur enim iste liber sicut alii libri in prohemium et tractatum."

Defic. prope ad finem, "Sed genus, quia addit temporalis nativitatis"——

86.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 55, sec. xi. exeuntis; [ol. 829.]

Paschasii Radberti, abbatis Corbeiensis, Liber de Sacramento Corporis et Sanguinis Christi.

Præmittuntur versus acrostichi auctoris in librum suum, necnon prologus ad Placidum.

Exstat impress. inter opera, edit. Paris. 1618, col. 1551.

87.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 240, secc. xi. et xii. exeuntis et xiv., tribus constans codicibus; olim Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 867.]

1. Anonymi cujusdam commentarius super S. Matthæi Evangelium, cum præfatione. fol. 1.

Tit. "Glose super Mattheum."

Incip. præf. "Domine ac Redemptor noster ad commendationem et confirmationem."

Incip. comment. "Liber generationis: In ipso exordio satis ostendit quod de humanitate Christi sit acturus."

Desin. "Sed elevatum in aëra celosque petentem, dicentibus angelis, sic veniet quemadmodum vidistis euntem in celum."

Notantur in margine loca ista Evangelii, ut in feriis Dominicisque legi solent.

Sequuntur,

a. Homilia in Dedicatione ecclesiæ. fol. 56 b.
Incip. "In illo tempore ingressus Jhesus perambulabat Jhericho; etc. Quociescunque, fratres carissimi, dedicationis ecclesiæ sollempnia colimus."
b. Definitiones, etc. ex SS. Hieronymo, Gregorio, Beda et Augustino. fol. 57.
Incip. "Ieron. Oratio est suavis animi cum compunctione cordis deprecatio."
c. Expositiones aliæ nominum rerumque, etc. fol. 58.
Incip. "Nomen libri evangelium Græce, Bonum nuncium Latine."

2. Actus SS. Apostolorum, ex versione vulgata. fol. 68.

3. S. Johannis Apocalypsis. fol. 84 b.

Tit. "Incipit Apocalypsis quod est revelacio Johannis Apostoli."

4. S. Augustini liber de agone Christiano. fol. 93 b.

Tit. "Incipit liber Sancti Augustini episcopi de agone Christianorum."

Exstat impress. inter opera, tom. vi. col. 245.
Præcedit notitia, "Liber Sancte Marie de Eberbach."

5. M. A. Cassiodori liber de ratione animæ, prævia capitulorum tabula. fol. 103 b.
Tit. "Incipit tractatus Cassiodori de ratione animæ."
Exstat inter opera Venet. 1729, tom. ii. p. 594.

6. S. Augustini de doctrina Christiana libri quatuor, cum procemio. fol. 117.
Exstant inter opera, tom. iii. col. 1.

7. Septem Græciæ Sapientum Sententiæ, septenis verbis explicatæ. fol. 175 b.
Tit. "Septem Sapientium Sententie septenis versibus explicate, in quîs aliquid ipsarum est observatum, ut bini ultimi versus per antitheta finiantur."
Exstant impress. inter Græcorum Opuscula, ed. Orellio, tom. i. p. 197.

---

8. S. Ambrosii de Officiis libri tres. fol. 177 b.
Tit. "Liber beati Ambrosii episcopi de Officiis."
Exstant inter Opp. tom. ii. p. 1.

88.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 58, sec. xiv., binis columnis exaratus; olim peculium monasterii B. Mariæ in Eberbach, Ord. Cisterciensis; [ol. 828.]

1. S. Bernardi, ut præ se fert titulum, Liber qui dicitur Colloquium S. Petri cum Jesu, in capitula lix. distinctus, cum prologo. fol. 1.
Tit. prol. "Incipit prologus beati Bernardi abbatis in opus sequens de verbis evangelii, "Dixit Symon Petrus ad Jhesum, 'Ecce nos reliquimus omnia, et cetera.'"
Incip. "Ut tibi, dilectissime, presentes exhortationis cedulas destinarem."
Incip. opus, "De colloquio Symonis et Jhesu capitulum primum. Dixit Simon Petrus ad Jhesum, Ecce nos reliquimus," etc. "Fidelis sermo et dignum omni acceptione colloquium."
Desin. cap. lix. "ut vitam habeamus et habundantius habeamus; Jhesus Christus;" etc.

2. Ejusdem Bernardi de Consideratione libri v. ad Eugenium. fol. 20 b.
Tit. "Incipit liber primus beati Bernardi abbatis de Consideratione ad Eugenium papam."
Exstant inter opera, ed. Paris. 1690, tom. i. col. 407.

3. Narratio de successore S. Petri in sedem Apostolicam et de obsidione Hierosolymarum. fol. 52 b.
Incip. "Sciendum est Petrum, imminente tempore passionis sue, Clementem sibi substituisse."
Desin. "Tytus itaque cum tali triumpho Judeorum Ytaliam copiose ditavit."

A

B

C

D

89.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 128, sec. xiii. ineuntis; quondam ejusdem monasterii in Eberbach; [ol. 1064.]

Sermones Annuales, sive Sermones de tempore et de Sanctis per anni cursum; auctore S. Bernardo.
Tit. i. "Sermo de adventu Domini."
Incip. "In adventu Domini, quem hodie;" ut inter opera, tom. i. col. 723.
Ult. est in obitu S. Humberti, in edit. cit. col. 1066.
In calce, "Explicit liber Sermonum Annualium."

90.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 86, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam ejusdem monasterii; [ol. 1103.]

Hugonis de S. Victore de Sacramentis fidei Liber secundus, cum prologo et tabula capitulorum.
Tit. "Incipit prefaciuncula in librum secundum de Sacramentis Christiane fidei."
Exstat impress. inter opera, ed. Venet. 1588, fol. 264 b.
Sequuntur capitula,

a. De septem donis S. Spiritus. fol. 83 b.
Incip. "Quinque sunt septena, vii. vicia, vii. peticiones, vii. dona Spiritus Sancti."

b. De fide catholica. fol. 85.
Incip. "Generis humani reparatio Christi incarnatio est."

c. De catholica fide. fol. 85 b.
Incip. "Credo in Deum; Aliud est Credo Deo et aliud Credo Deum, aliud Credo in Deum."

91.

Codex membranaceus, in folio, ff. 237, sec. xiv. ineuntis, quoad partem alteram binis columnis exaratus; quondam eccl. S. Mariæ de Radingis; [ol. 983.]

E

1. Thomæ Balduini, monachi Fordensis, postea archiep. Cantuar. Liber de Sacramento Altaris, cum prologo ad Bartholomæum, ep. Exoniensem. fol. 1.
Incip. prol. "Reverenda nomina magistri domini et patris."
Incip. lib. "Quid sit ordo. Magnum et profundum novi verique misterium Sacrificii."
Defic. in verbis, "Annon est altare"——
Minime consentit cum libro isto Academ. Cantabrig. sub eodem titulo an. 1521 edito.

F

---

2. Commentarius super Psalmos, scil. a Ps. lxviii. 2, ad Ps. c. inclusive; initio mutil. *Gallice.* fol. 106.
Incip. in verbis——"Morte turpissima condempnemus eum. Ociem le de laide mort de la mort a la poure gent."

Desin. "dunc ierent il tut destruit, quant li soleil de justice comencerat a luisir, qui et illuminabit abscondita cordis nostri Jhesus Christus filius Dei;" etc.

A

92.

Codex membranaceus, in folio, ff. 175, sec. x., bene exaratus et servatus; quondam "liber S. Kyliani;" [ol. 986.]

B

1. FULGENTII, episcopi Ruspensis, ad Monimum libri tres, cum prologo. fol. 2.
   Exstat impress. inter opera, ed. Lugd. 1633, p. 15.
2. Ejusdem contra Arianos liber unicus. fol. 47 b.
   Exstat ibid. p. 38.
3. Ejusdem de mysterio Mediatoris libri tres ad Trasimundum regem. fol. 66.
   Tit. "Incipit liber primus de mysterio mediatoris."
   Exstat ibid. p. 46.
   C
   In calce, "Explicit liber tertius de Sacramento Dominicæ Passionis."
4. Ejusdem Epistolæ Septem. fol. 129.
   Exstant ibid. pp. 97–120.
   Notandum est quod nomen Laurentius [ed. cit. p. 115, B. 6,] in codice legitur 'Januarius;' [fol. 164 b.]
   In calce, "Explicit epistola Sancti Fulgenti episcopi ad Venantiam Consulimus."
5. S. JOHANNIS, Comitanæ Civitatis episcopi, Provinciæ Scythiæ de duabus heresibus Nestorianorum et Eutychianistarum nuper exortis post obitum beatæ memoriæ Augustini episcopi brevissima utilissimaque instructio. fol. 174.
   D
   Incip. "Nestoriani a Nestorio quondam Constantinopolitanæ urbis episcopo dicti sunt, qui adserebat Sanctam Virginem Mariam, Theodochon non Theotocon, hoc est susceptricem Dei esse."
6. Ex libro Sancti AMBROSII de Substantia. fol. 175.
   E
   Incip. "Ergo ipsum prodest hoc erit substantia ejus rei."
   Desin. "Secundum id quod indigna similitudine æstimari potest."

93.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 516, sec. xv. exeuntis, a Gallico quodam optime exaratus et illuminatus; [ol. 1500.]

F

Pontificale, [potius, ut videtur, Benedictionale] secundum ritum ecclesiæ Romanæ.

Tit. i. "Incipiunt Benedictiones episcopales per anni circulum."

Prima est, "In vigilia Natalis Domini; incip. "Omnipotens Deus, ævi incarnatione Unigeniti sui."

Ult. est, "Benedictio in communi," quæ succedit Officio de S. Huberto episcopo et habet novem lectiones.

94.

Codex chartaceus, in folio, ff. 72, sec. xvii.; [ol. 1391.]

Torques aurea Sacrosanctæ prædestinationis gratiæ admodum R.D.D. FERDINANDI DIANI DE DIANO, doctoris theologi ac Mathem. Discip. professoris; quæ quinque distincta anulis, variis adornata lapidibus totam præscientiæ, prædestinationis, vocationis, magnificationis, id est caritatis, glorificationis, id est, meriti, quam brevis docet: non modo theologis, scripturalibus, concionatoribus, philosophis et professoribus, sed cunctis omnibus utilis et necessaria, ad illustrem adm. D.D. suum dominum colendissimum; cum duplici indice Capitulorum et rerum.

Incip. præf. "Magna illa ac ineffabilia mysteria ab Ezechiele 16 cap. explicata."

Incip. opus, "Quinque hi anuli aureæ torquis Sacrosanctæ prædestinationis gratiæ ex variis gemmis."

In calce notatur, "Hoc opusculum intitulatum, Torques aurea," etc. "prelo dignum esse studiosisque theologis utile censeo. M^r. Cornelius Tiroboschus, prædicator. ordinis curiæ Arch^lis Neapol. theologus."

95.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 427, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 992.]

1. S. GREGORII Magni Moralium super Job libri xxxv. cum prologo. fol. 1.
   Tit. "Prologus epistolarum beati Gregorii pape ad Leandrum episcopum in libros Moralium expositionum super Job."
   Exstant impress. inter opera, ed. Bened. tom. i. col. 1.
2. Ejusdem Dialogorum libri quatuor. fol. 315.
   Tit. "In Christi nomine, Incipiunt Capitula dyalogorum Gregorii pape urbis Rome de libro primo."
   Exstant ibid. tom. ii. col. 149.
3. Ejusdem Sermones xl. Dominicales super Evangelia, cum tabula et epistola ad Secundinum. fol. 348 b.
   Tit. "Incipit epistola beati Gregorii pape urbis Rome ad episcopum Taurominitanum."
   Exstant ibid. tom. i. col. 1434.
4. Tabula auctoritatum, quas exponit S. Gregorius super Bibliam, auctore GERVASARIO DE GOMARVILLA. fol. 408.
   Incip. "Genesis. Quod quatuor fluminibus paradisi terra rigatur."
   In calce, "Anno Domini m.cc. octogesimo octavo die Mercurii post festum beati Nicholai Hy.

Est liber hic scriptus . qui scripsit sit benedictus." A

Sequitur notitia, "Explicit tabula auctoritatum, quas exponit beatus Gregorius super Bibliam, quam scripsit Gervasarius de Gomarvilla pro domino G. ca. Do. abbatis de S. Dyonisio."

96.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 251, sec. xv.; quondam Theodori, decani eccl. S. Joh. in Hange B extra muros Herbipolis, postea Folcardi de Hassia; [ol. 1482.]

1. Sermones varii in Concilio Basileensi habiti, et alia ad idem concilium pertinentia; ut sequuntur,

a. Thomæ de Curcellis, de purificatione B. M. V. A. D. 1437. fol. 2.

b. Marci Bonifilii de partibus Hispan., de S. Jacobo; 1438. fol. 5 b.

c. Auctoritates, Quod Concilium generale habeat claves a Christo. fol. 11. C

d. Schismata xxiv. a primo temp. Felicis II. usque ad Concil. Constant. ex variis Chronicis in dicto Concilio per dom. episcopum Civitatensem recollecta. fol. 12 b.

e. Nicolai Jaqueri, prima Dominica Adventus. fol. 14.

f. Oratio de libertate Concilii et nullitate potestationum. fol. 18.

Incip. "Multæ sunt raciones, o sancta synode, que fateri homines cogunt." D

g. Septem avisamenta de et super Innocentia Virginis oblata Concil. Basil. per Johannem de Segovia. fol. 28.

h. Sermo in diem S. Andreæ. fol. 65.

i. De Conceptione B. M. V. per dominum [Petrum de Versaliis] episc. Dignensem, A. D. 1436. fol. 74.

k. Sermo in obsequiis reverendissimi in Christo patris domini quondam archiepiscopi Rothomagensis per magistrum Thomam de Corcellis; A. D. 1435. fol. 82. E

l. In die S. Trinitatis per dom. abbatem de Dondram. fol. 85 b.

m. De dilectione Dei, in istud, "Si quis diligit me." fol. 92.

n. In istud, "Jhesus ductus est in desertum." fol. 104 b.

o. In die S. Thomæ de Aquino, A. D. 1438. fol. 109 b.

p. De corpore Christi per [Philibertum de Montjeu] ep. Constantiensem, A. D. 1434. fol. 117 b.

q. In die S. Trinitatis, A. D. 1438. fol. 12 b.

r. In die SS. Petri et Pauli apostolorum, A. D. 1438. fol. 131. F

s. In die S. Nativitatis. fol. 142 b.

t. In die ascensionis per Nicolaum de Fonte-Salutis S.T.P. A. D. 1438. fol. 151.

u. In die S. M. Magdalenæ per Nicolaum, abbatem de Scotia, S.T.P. A. D. 1435. fol. 157 b.

w. In feria secunda Paschæ per Nicolaum de Fonte-Salutis, A. D. 1437. fol. 162 b.

x. In festo S. Augustini per P. abbatem de Aquafrigida, A. D. 1437. fol. 169.

y. In Conversione S. Pauli. fol. 175.

z. In festo S. Stephani per Joh. Polmar, A. D. 1434. fol. 180 b.

2. Casus Nicolai Volrat, literarum apostolicarum abbreviatoris, an perjurio irretitus exstat. fol. 186.

Incip. "Divini numinis invocato præsidio illud de jure queritur."

3. Tractatus de luce; [initio mutil.] fol. 190.

Incip. "—— immutant, quod radius, lumen et splendor non habent."

In calce, "Explicit tractatus de luce."

4. Allegorica quædam de S. Trinitate, etc. fol. 196.

Incip. "Quatuor circulos aureos preparabis et impones eos in quatuor angulos mensæ deauratæ."

5. Sermo in istud, "Ego sum lux mundi." fol. 199.

Incip. "Dominus Jhesus Christus, fratres karissimi, lux est."

---

6. Sermones breves "ad Patres venerabiles et dominos reverendos;" [utrimque mutil.] fol. 202.

Primus, qui integer est, agit de S. Christophoro, et incip. "Elegit nos ante mundi constitucionem; etc. Ad istius verbi introductionem."

---

7. S. Augustini Enchiridion, prævia capitulorum tabula. fol. 215.

Tit. "Augustinus in Enchirydion."

Exstat inter opera, tom. vi. col. 195.

In calce, "Explicit Enchiridion Sancti Augustini sub anno Domini m.cccc.xxvi. sabbato post Ambrosii episcopi."

8. Aliqua de regula beati Macharii, abbatis, qui habuit sub ordinacione sua quinque millia monachorum. fol. 234 b.

Incip. "Milites ergo Christi taliter suos debent componere grassus;" ut apud Holstenium, part. i. p. 25.

In calce, "Explicit regula Sancti Macharii."

9. Regula monachorum S. Columbani abbatis. fol. 235 b.

Incip. "Primum omnium docemus Deum diligere ex toto corde et ex tota mente;" ibid. part. ii. p. 91.

10. Tituli Regulæ S. Augustini, ut post dilectionem Dei et proximi caritas et unanimitas custodiatur, nihilque proprium sed omnia communia judicentur. fol. 239 b.

Incip. "Hec sunt que precipimus observari;" ibid. part. iii. p. 4.

11. Tituli pro quibus sunt fratres ammoniti, Pauli et Stephani. fol. 242 b.

Incip. "Primum timorem Dei et caritatem mutuam;" ibid. part. ii. p. 46.

---

12. Concilii Basileensis littera contra Mendicantes, dat. ii. id. Feb. 1433. fol. 245.

Exstat hujus pars impressa in Marten. et Durand. Vett. Scrippt. Collect. ampliss. t. viii. col. 706.

A 13. INNOCENTII papæ IV. Bulla adversus Mendicantes in aliis parochiis prædicantes; etc. fol. 247.

Tit. [*man. secunda.*] "Constitucio Innocentii pape iiii."

Incip. "Etsi animarum affectantes profectus."

Dat. Neapoli xi. Kal. Decemb. an. Pontif. xii.

14. Privilegium domini MARTINI papæ [IV?] fratribus Minoribus super prædicationibus et confessionibus audiendis concessum. fol. 249 b.

15. FREDERICI [DE SARWERDEIN] archiep. Coloniensis, epistola encyclica adversus Mendicantes. Dat. Bonnæ
B 13 Mai. A.D. 1388. fol. 250.

97.

Codex membranaceus, in folio, ff. 72, sec. x. exeuntis; [ol. 1213.]

[ORIGENIS] Homiliæ xxvi. in Jesum Naue, interprete Ruffino, cum S. Hieronymi prologo ad Chromatium.

C Tit. post. "Incipit prologus Hieronimi super librum Jesu Naue, ad Chromacium episcopum."

Tit. homil. i: "Incipit omelia prima tractatus super Jesu Naue."

Exstant impress. inter opera ed. Paris. 1733, tom. ii. p. 396.

98.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 201, secc. xv. xiv. et xi. [ol. 1220.]

D 1. S. BERNARDI abbatis Vita S. Malachiæ, cum prologo. fol. 1.

Tit. "Incipit prologus in vitam Sancti Malachie episcopi edita a beato Bernhardo, Claravallis abbate."

Inter opera, ed. Paris. tom. i. col. 657.

Sequitur epitaphium Sepulchri, incip.

"In vitam Scotie lege pontificis Malachie."

2. S. AUGUSTINI ad Cyrillum epistola de morte S. Hieronymi, cum CYRILLI responsione. fol. 35.

E Tit. "Incipit epistola Augustini ad Cyrillum Iherosolimitanum episcopum de magnificencia eximii doctoris Iheronimi presbiteri."

Inter opera ed. Vallars. tom. xi. col. 325.

In calce, "Explicit epistola beati Cirilli Secundi Ierosolimitani episcopi ad eximium doctorem Augustinum, Yponensem episcopum, de miraculis beati Ieronimi doctoris magnifici."

3. Tractatus super verba Christi ultima cruci adfixi. fol. 67.

F Incip. "Ultima Christi verba que cruci affixus novi Testamenti heredibus tractanda proposuit."

---

4. Opus super Creationem, Ecclesiæ ritus et Sacramenta, etc. allegoricum; initio mutil. fol. 76.

Incip. in verbis, "—— Concurrit . genuit—fluctibus suis immensa actio et suspirat."

Desin. "in hoc eodem libro Angelorum creatio et diaboli casus licet manifeste non sit ibi harum rerum expressa distinctio. Explicit liber."

---

5. ORIGENIS Adamantini Homilia prima in librum Regum. fol. 123.

Tit. "Incipit liber Omeliarum Origenis Adamanti in libro Regum, Esaiæ, Hieremiæ, Hiezechielis. I. De Helcana, et Fennana, et Anna et Samuhel, et de Heli et Ofni et Finee."

Exstat impress. inter opp. ed. Ben. t. ii. p. 481.

6. In Cantica Canticorum Sermones duo. fol. 132.

Tit. "In exordium Cantici Canticorum, usque ad eum locum in quo ait, Quoadusque rex veniat in recubitu suo."

Ibid. tom. iii. p. 12.

7. In Isaiam sermones novem. fol. 144 b.

Tit. "Incipit in Esaia Omelia i."

Ibid. tom. iii. p. 106, excepto quod in Codice homilia nona longior est quam in editione citata.

8. In Hieremiam sermones undecim priores, secundum Hieronymum. fol. 170 b.

Tit. i. "Quo tempore Hieremias exorsus prophetare;" etc.

Ibid. mutato ordine, tom. iii. p. 125.

Defic. in verbis, "cum Hebreis consonant, non debui neque"—in edit. p. 209, D. 4.

99.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 261, sec. xv. exeuntis, nitide exaratus; olim Matthæi Griffith; [ol. 1123.]

A work of practical Divinity, entitled, 'Disce Mori,' divided into five parts, with an Exhortation, of several chapters, and with a metrical prologue.

Prefixed is a table of contents on twelve leaves of paper, in a more modern hand; also a letter from the former possessor to archbishop Laud, offering the MS., dated "Oct. 10, 1638, St. Maudlin, Old fish streete, London."

Prol. beg.

"To you my best beloved Suster dame Alice
Whiche that for Christs loue have hool forsake
The world the flessh and the fendes malice
This tretice by me compiled ye take."

Book beg. "Disce mori, etc. Vnwilfully de deyeth that hath not lerned to deye."

At the end, "Here endeth the tretice called 'Disce mori;' then follows, "On Supplement conteynyng the xxxi. chapitre of the vth parte; this cometh in fo. 201."

See another copy of the above work, described in the Catal. MSS. Coll. et Aull., Oxon. part. ii. Coll. Jes. p. 14, *seq.*

At the end of the volume is a note of the birth and Sponsors of William Horden, son of William Horden and dame Dorothie Brooke; he was born at Putney, 13 Jul. 1561.

100.

Codex chartaceus, in folio, ff. 199, anno 1470 manu Roberti Kyngorne, capellani, duabus columnis scriptus; [ol. 1238.]

GULIELMI DURANDI Rationale divinorum officiorum, libris octo comprehensum, cum præfatione.

Exstat sæpius impressum.

In calce, "Explicit presens rationalis divinorum codex officiorum per Robertum de Kyngorne, capellanum, auctoritate apostolica notarium publicum, scriptus anno Domini millesimo quadringentesimo septuagesimo, ac etiam mensis Decembris die duodecimo," etc.

101.

Codex membranaceus, in folio, ff. 101, sec. forsan xi. ineuntis; [ol. 1214.]

RABANI MAURI Expositionis in S. Matthæi Evangelium liber septimus et octavus.

Tit. "Incipit liber septimus."

Exstant inter opp. ed. Colon. 1626, tom. v. p. 128.

In calce, "Hrabani Mauri expositionis in Mattheum liber octavus explicit."

102.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 303, sec. xii. exeuntis; quondam eccl. S. Mariæ in Eberbach; [ol. 1009.]

1. Glossa Ordinaria et Interlinearis super Prophetas duodecim minores, cum textu. fol. 2.

Incip. "Ordo est duodecim prophetarum;" ut in edit. Lyran. Ant. 1617, tom. iv. col. 1693.

In ora pag. 1. inferiori, "Magister Hugo; Liber Sancte Marie in Eberbach."

In calce nonnulla sunt de obsidione Hierosol. ab Nabuchodonosor, etc.

2. Liber Ezechielis prophetæ, glossa ordinaria et interlineari instructus. fol. 182.

Incip. "Ezechiel propheta cum Joachim rege," ut in edit. cit. tom. iv. col. 1061.

In calce, "Magister Hugo: Liber Sancte Marie in Eberbach."

Folium primum et rejectitium inventarii exhibet fragmentum domus cujusdam religiosæ dict. 'Mappin' sub Wolframo, magistro, et Ludovico, camerario, anno 1318.

103.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 144, sec. xiv., quoad partem posteriorem duobus librariis et columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1370.]

1. S. GREGORII Magni Dialogorum libri quatuor. fol. 1.

A Tit. "Incipit dyalogus Sancti Gregorii, dyalogus autem interpretatur, Dualis sermo."

In calce, "Explicit liber Dyalogorum quartus."

2. Ejusdem GREGORII super Ezechielem libri xxii. f. 71.

Tit. "Incipit prologus beati Gregorii pape super librum Ezechielis prophete."

In calce, "Expliciunt Omelie Gregorii super Ezechielem prophetam; Deo gratias."

B

104.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 44, sec. xv., binis columnis exaratus; quondam Gul. Cherrei, postea Ricardi Jhonson; [ol. 1244.]

1. Speculum Christiani. fol. 2.

Incip. in verbis, "Evangelium. Qui ex Deo est, verba Dei audit;" in edit. Machlin. [fol. 1 b. l. 13.]

Desin. "qui ad ejus amorem plurimos trahit, etc.;" in edit. cit. [fol. 82 b, l. 19.]

C Sequitur Scala cœli, et ad infernum, in edit. [fol. 51 b,] et deinde, "Explicit Speculum Christiani: Deo gracias."

2. Expositio Orationis Dominicæ; *Anglice*. fol. 22.

Incip. "Dere Sister thou wotyste wylle the more that man hath vndyrstonding of ryghtwysnesse and the openlyer that he knowth the good, the more lykynge he hathe."

Desin. "and affter oure dethe graunte vs yn his blys with hym for to dwelle euer without ende. Amen."

D

105.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 163, sec. xi. ineuntis; [ol. 875.]

C. CÆCILII CYPRIANI, Carthaginensis, opera varia; scilicet,

1. Ad Donatum liber de gratia Dei. fol. 1.

Exstat impress. inter opp. ed. Fell., qui codice nostro usus est, p. 1.

E In calce, "Ad Donatum explicit."

2. De habitu virginum libellus. fol. 5 b.

Tit. "Incipit de habitu virginum."

Exstat ibid. p. 92.

3. De lapsis. fol. 12.

Ibid. p. 121.

4. De unitate ecclesiæ. fol. 22 b.

Tit. "Incipit De ecclesiæ Catholicæ unitate."

Ibid. p. 104.

F 5. De Dominica Oratione. fol. 31 b.

Ibid. p. 139.

In calce, "De Dominica Oratione explicit."

6. De opere et eleemosynis. fol. 41 b.

Tit. "Incipit de opere et elimosina."

Ibid. p. 197.

7. De mortalitate. fol. 49 b.

Tit. "Incipit de mortalitate feliciter."

Ibid. p. 156.

8. Epistola ad Demetrianum. fol. 56 b.
Tit. "Incipit ad Demetrianum feliciter."
Ibid. p. 185.
9. De bono patientiæ. fol. 65.
Tit. "Incipit de patientia lege feliciter."
Ibid. p. 210.
10. De zelo et livore. fol. 73.
Tit. "Incipit de zelo et livore, lege feliciter."
Ibid. p. 221.
11. Ad Fortunatum de exhortatione martyrii. fol. 78 b.
Tit. "Incipit ad Fortunatum."
Ibid. p. 167.
12. Testimoniorum ad Quirinum adversus Judæos libri tres. fol. 90.
Tit. "Incipit ad Quirinum liber primus."
Ibid. p. 17.
13. Epistola "ad Cæcilium de Sacramento Dominici calicis." fol. 134 b.
Ibid. part. ii. p. 148.
14. Ad Rogatianum juniorem et Confessores. fol. 139 b.
Ibid. part. ii. p. 11.
15. Ad Thibaritanos. fol. 141.
Ibid. part. ii. p. 120.
16. De laude Martyrii. fol. 145.
Ibid. in Append. p. 8.
In calce, "De laude martyrii explicit."
17. De idolorum vanitate. fol. 153.
Tit. "Incipit quod idola Dei non sint."
Ibid. p. 11.
18. Liber "adversus Judæos, qui insecuti sunt Dominum nostrum Jhesum Christum." fol. 156.
Ibid. in Append. part. ii. p. 32.
19. De aleatoribus. fol. 159 b.
Tit. "Incipit epistula Cypriani de aleatores;" [*sic*].
Ibid. in Append. p. 31.
In calce versus sunt quatuor, incip.
"Latus peccanti pons est miseracio Christi."

106.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 150, sec. forsan x. exeuntis; [ol. 717.]

Rabani Mauri, archiep. Moguntini, commentarius, sive potius commentariorum abbreviatio, super S. Pauli epistolam ad Romanos et primam ad Corinthios.
Tit. "Incipit tractatus in epistola ad Romanos."
Incip. "Ut rerum notitia habeatur, principia rerum requirenda sunt; tunc enim potest facilius;" [Cf. edit. Colon. tom. v. p. 170.]
Desin. "quippe cum etiam hic diversitatem corporum videamus et corpora celestia et terrestria."

107.

Codex membranaceus, in folio, ff. 150, secc. xi. et xv.; quondam eccl. S. Mariæ in Ebirbaco; [ol. 864.]

1. S. Hieronymi presbyteri epistola ad Ctesiphontem adversus Pelagium. fol. 2.
Tit. "Incipit epistola beati Hieronimi presbiteri ad Thesifontem Urbicum."
Exstat inter opera, ed. Vallars. tom. i. col. 1019.
In calce, "Explicit epistola ad Thesiphontem."
2. Ejusdem dialogus contra Pelagium, in tres libros distinctus, cum prologo. fol. 14.
Tit. "Incipit altercatio Attici orthodoxi et Cretoboli heretici."
Exstat ibid. tom. ii. col. 679.
In calce, "Explicit Dialogus in tribus libris divisus sancti Hieronimi."

---

3. Ejusdem adversus Jovinianum libri duo. fol. 91.
Tit. "Incipit liber beati Jeronimi presbiteri contra Jovinianum."
Ibid. tom. ii. col. 237.
Tit. "Incipit ejusdem episcopi Augustini ad-

versus epistulam Juliani Pelagiana ad Bonifacium papam urbis."
Ibid. tom. x. coll. 411—430.

4. Epistola Alypii et Augustini ad Maximum "medicum civem Tenitanum." fol. 33.
Ibid. tom. ii. col. 608.

5. Ejusdem ad Sixtum presbyterum epistolæ duæ. fol. 35.
Ibid. tom. ii. coll. 708, 715.
In calce, "Explicit epistola Sancti Augustini episcopi ad Sixtum presbyterum urbis Romæ."

6. Ejusdem epistola ad Valentinum, monachum Adrimentinum. fol. 47.
Tit. "Incipit liber primus Sancti Augustini ad Valentinum monachum Adrimentinum."
Ibid. tom. ii. col. 791.

7. Ejusdem liber de Dei gratia ad Valentinum. fol. 48 b.
Tit. "Item alia epistula Sancti Augustini ad Valentinum monachum."
Ibid. tom. x. col. 717.

8. Ejusdem "liber secundus ad Valentinum monachum de correptione et gratia adversus Pelagianos." fol. 67.
Ibid. tom. x. col. 750.

9. Epistola Euvodii, episcopi Uzulensis, ad Valentinum, abbatem Adrimentinum. fol. 84.
Tit. "Incipit epistola Sancti Euuodi episcopi Uzulenis ad abbatem Valentinum Adrimetinum."
Inscribitur, "Dominis sanctis honorabilibus dilectissimis et desiderantissimis fratribus Valentino et Sancte Congregationi Euuodius peccator et omnes mecum conservi in Domino salutem."
Incip. "Multum nos relevari cognoscimus, quando ad nos visitandos mittere dignamini et epistulis vestris nobis benedictiones."
Est epistola quam citat Sirmondus in Hist. Prædestin. cap. i. ed. 1728, tom. iv. col. 271.
In calce, "Explicit epistola Euuodi episcopi ad Valentinum Adrimetinum."

10. Cælestini papæ Romæ epistolæ duæ ad episcopos Gallos pro gratia Dei. fol. 85.
Tit. i. "Incipit epistola papae Caelestini urbis Romae ad episcopos Gallos pro gratia Dei."
Exstant in Concil. Antiqq. Gall. tom. i. pp. 58, 60.

11. S. Augustini Commonitorium, quomodo sit agendum cum Manichæis. fol. 88.
Inter opp. tom. viii. App. col. 37.

---

12. Ejusdem Enarratio in Psalmos xci. usque ad Centesimum inclusive. fol. 90.
Tit. "In nomine Domini nostri Jhesu Christi incipit expositio Beati Augustini a Psalmo xci. usque in centesimum."
Exstat ibid. tom. iv. coll. 981—1091.
Sequuntur columnæ duæ literis constantes uncialibus, quæ legunt, "Arnolfus, [an Imperator qui obiit anno 899;] fortis victor;" et "Gerhartus, pius pastor."

---

13. Liber S. Augustini de pastoribus. fol. 145.
Exstat ibid. tom. v. col. 225.

14. "Epistula Sancti Augustini ad Celestinum." fol. 156.
Ibid. tom. ii. col. 23.

15. Ejusdem ad Antoninum. fol. 156 b.
Ibid. tom. ii. col. 24.

16. Ejusdem ad Caium. fol. 157.
Ibid. tom. ii. col. 23.

17. Ejusdem ad Hermogenianum; imperf. fol. 157 b.
Defic. in verbis, "Celesti tuba evigilent. Quamobrem"——in edit. cit. tom. ii. col. 3. C. 2.

134.

Codex membranaceus, in folio, ff. 110, sec. forsan x. ineuntis; [ol. 1553.]

1. S. Augustini in epistolam ad Romanos Commentarius. fol. 1.
Exstat impress. inter opera, tom. iii. col. 925.

2. Ejusdem liber de Spiritu et Litera, prævia Retractatione. fol. 15 b.
Tit. "Incipit de Spiritu et Littera ad Marcellinum Liber primus Augustini Aurelii opuscula."
Exstat ibid. tom. x. col. 85.
In calce, "Explicit de Spiritu et Littera feliciter."

3. Ad Bonifacium papam contra duas epistolas Pelagianorum libri quatuor. fol. 48 b.
Tit. "Incipit liber Sancti Augustini ad Bonifatium papam."
Ibid. tom. x. col. 411.
In calce, "Explicit liber quartus Sancti Augustini ad Bonafatium papam, Deo gratias Amen."
Sequitur distichon,
"Ast opus inceptum . . . . . perfecerat Egino
Et mihi scribenti succurrat dextera Christi."

4. Oratio in oblatione Eucharistiæ. fol. 109.

5. Oratio in die S. Epiphaniæ. fol. 110.

135.

Codex membranaceus, in folio, ff. 218, sec. ix., olim eccl. S. Kiliani apud Herbipolim, jussu Gozbaldi, ep. Wurzburgensis, bene exaratus; [ol. 1554.]

S. Augustini de Civitate Dei libri viii.—xviii. inclusive.
Tit. i. "Incipit liber octavus."
Exstant impress. inter opera, tom. vii. coll. 189—540.
In calce, "Explicit liber xviii."
Deinde, "Gozbaldus jusit ut scriberer."

136.

Codex membranaceus, in folio, ff. 154, sec. xv., binis columnis quoad partem priorem Arnoldi cujusdam manu exaratus, in initio et fine mutilus; [ol. 1555.]

S. Augustini opera, quæ sequuntur,

1. Tractatus super S. Johannis epistolam. fol. 1.
   Incip. in verbis, — "rapine nulle obpressiones ibi sunt;" ut inter opera, tom. iii. part. ii. col. 841, F. 4; [Cf. cod. MS. immediate sequentem; art. 2.]
   In calce, "Expliciunt omelie Sancti Augustini episcopi super epistolam Sancti Johannis apostoli et evangeliste."
2. Liber 'de fide et operibus ad Petrum.' fol. 39 b.
   Ibid. tom. vi. app. col. 19.
3. Liber de præsentia Dei ad Dardanum. fol. 55 b.
   Ibid. tom. ii. col. 678.
4. Liber de vita beata. fol. 64.
   Ibid. tom. i. col. 297.
   In calce, "Deo gratias.
   Qui me scribebat. Arnoldus nomen habebat.
   Orate pro me."
5. Sermones xxxiv. super verba Apostoli, prævia tabula sermonum. fol. 77.
   Tit. i. "Sermo beati Augustini episcopi de scripturis veteribus que novis de Trinitate contra Arrianos que incipit in continenti capitulum primum."
   Exstant impress. ibid. tom. v. col. 1485.
   Ordinem habent et initia eadem, quæ in Indice ad vol. v. Opp. S. Augustini præmisso sub inscriptione 'Sermones de verbis Apostoli' exhibentur.
   Defic. in serm. xxxi. verbis, "quia Christus equalis est Patri. Sabellianum audi —— " in edit. cit. col. 876, B. 10.

137.

Codex membranaceus, in folio, ff. 92, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; olim eccl. S. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1557.]

1. S. Augustini Confessionum libri tredecim. fol. 1.
   Tit. "Aurelii Augustini de Confessione liber primus."
   Exstant inter opera, tom. i. col. 69.
   In calce notatur, quasi penicillo scriptum, "Explicit liber Confessionum beatissimi patris Augustini, sicud patet intuenti.
   Petrus de Molin scripsit hec, Deo gratias.
   Ego non credo Petrum de Molin scripsisse, hunc librum nisi sapinando hoc fecerit; quod absit."
2. Ejusdem homiliæ in S. Johannis epistolam; in fine mutil. fol. 83.
   Tit. "Incipiunt omelie Aurelii Augustini in epistolam Sancti Johannis apostoli, ab eo quod ait, Quod fuit ab inicio, usque, Qui odit fratrem suum."
   Defic. in verbis, "ibi patitur injuriam; nulle rapine, nulle"——— inter opp. tom. iii. part. ii. col. 841, F. 4, [cf. cod. super. fol. 1.]

138.

Codex membranaceus, in folio, ff. 126, sec. xiii. ineuntis binis columnis bene exaratus; quondam monachorum Sanctæ Mariæ Vallis Dore, postea Matth. Allen, deinde Gulielmi Le Neve, fecialis, Clarentii regis Armorum, cujus insignia gentilitia in ultimo apparent folio; [ol. 1567.]

S. Augustini opera varia; scilicet,

1. De origine animæ. fol. 2.
   Tit. "Aurelii Augustini liber incipit de anima et origine ejus."
   Exstat inter opera, tom. x. col. 337.
2. De doctrina Christianorum. fol. 8 b.
   Tit. "Sermo S. Augustini episcopi de disciplina Christianorum."
   Ibid. tom. vi. col. 581.
3. Sermo 'de novissimo die vite.' fol. 11 b.
   Ibid., sed longior, tom. v. col. 515.
4. Sermo de misericordia. fol. 12.
   Incip. "Misericordia, fratres karissimi, peccatorum est remedium."
5. Sermo de patientia et misericordia. fol. 13.
   Incip. "Flagellat Deus omnem filium, quem recipit. Disciplinam ejus sustinere."
6. Sermo de divite et Lazaro. fol. 14.
   Inter opp. tom. v. col. 1452.
7. Sermo de S. Trinitate. fol. 14 b.
   Incip. "Audio, fratres karissimi, quod quidam inter se disputant."
8. 'Interrogatio de assumptione gloriose virginis Dei genitricis Marie.' fol. 15.
   Ibid. tom. vi. App. col. 249.
9. Dialogorum libri S. Augustini, percunctante Orosio presbytero. fol. 18.
   Ibid. tom. vi. App. col. 7.
10. De præsentia Dei ad Dardanum. fol. 25 b.
    Ibid. tom. ii. col. 678.
11. De pœnitentia liber. fol. 30.
    Ibid. tom. v. col. 1350.
12. De vita Christiana ad sororem. fol. 34 b.
    Ibid. tom. vi. App. col. 183.
13. De pœnis purgatoriis. fol. 39 b.
    Tit. "Incipit admonicio ejusdem, ut non solum lingua sed etiam moribus et opere laudetur Deus, quia quale est quod cogitatur in corde tale est quod procedit in opere, et de purgatoriis penis."
    Ibid. tom. v. App. col. 413.
14. De gratia Novi Testamenti. fol. 40 b.
    Ibid. tom. ii. col. 421.

15. De utilitate credendi. fol. 52 b.
Ibid. tom. viii. col. 45.

16. Sermo 'de basilica in Natali gloriosi martiris Vincentii restituta.' fol. 61 b.
Ibid. tom. v. col. 1113.

17. De nuptiis et concupiscentia libri duo, cum præfatione ad Valerium. fol. 64 b.
Tit. "Epistola beati Augustini doctoris ad Valerium comitem et quasi præfatio in librum, qui sequitur."
Ibid. tom. x. col. 279.

18. [De documentis Salutaribus]. fol. 80 b.
Tit. "Aurelii Augustini Yponiensis episcopi ad Valerium comitem karissimum sibi de Institucione vite. Liber incipit."
Ibid. tom. vi. App. col. 193.

19. De beata vita ad Theodorum. fol. 93.
Ibid. tom. i. col. 297.

20. Liber tres contra Academicos, cum prologo ad Romanianum. fol. 97.
Ibid. tom. i. col. 249.

21. De ordine rerum, cum prologo. fol. 108 b.
Ibid. tom. i. col. 315.

22. Altercatio beati Augustini contra Felicianum hereticum ad Theodotum. fol. 120.
Ibid. tom. viii. col. 39.
In calce, "Explicit Augustinus contra Felicianum."
Deinde, "Liber Sancte Marie Wallis Dore, qui eum fraude furaverit—"

139.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 234, sec. ix.; quondam monast. S. Kiliani, Wurzburgensis; [ol. 1572.]

S. Augustini Commentarii in S. Johannis Evangelium pars altera; scil. a serm. xiv. ad serm. liv. inclusive.
Tit. "Secunda pars Augustini in Johannem."
Exstat impress. inter opera, tom. iii. part. ii. col. 399.
Defic. in verbis serm. liv. "quia non est a seipso, cui dicitur datum——" in tom. cit. col. 652, D. 7.

140.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 186, sec. xi.; [ol. 1574.]

S. Augustini de S. Trinitate libri quindecim.
Tit. "Incipit liber primus Aurelii Augustini de Sancta Trinitate."
Exstant impress. inter opp. tom. viii. col. 749.
Præmittuntur,

a. Capitulorum tabula. fol. 1.

b. Sententia de libro Retractationum. fol. 2.

c. Epistola ad Aurelium papam. fol. 2 b.
In folio rejectaneo occurrit fragmentum ex Patre quodam de homine ad imaginem Dei secundum rationalem mentem formato; incip. "et dilectio et sobria sanctificatio non invenitur."

141.

Codex membranaceus, in folio, ff. 155, sec. x. ineuntis; quondam monasterii B. Mariæ Ebirbacensis; [ol. 1023.]

S. Augustini de Genesi ad litteram libri duodecim.
Tit. "Incipit liber primus sancti Augustini de Genesi ad litteram."
Exstant inter opp. tom. iii. part. i. col. 117.
In pagina ultima notatur, "Iste liber pertinet monasterio Ebirbacensi."

142.

Codex membranaceus, in folio, ff. 86, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium apud Moguntiam; [ol. 1025.]

S. Augustini opera varia, scilicet,

1. Liber de vera religione. fol. 1.
Exstat impress. inter opera, tom. i. col. 747.

2. Sermo de decem chordis. fol. 16.
Incip. in verbis, "Multum delectat peccatores;" ibid. tom. v. col. 48, E. 1.

3. De hæresibus; cum titulis præmissis. fol. 18 b.
Incip. "Cum Dominus ascendisset in celum hii heretici exorti sunt. Symoniaci a Symone Mago;" ut ibid. tom. viii. col. 5.
Defic. ab titulo cap. lxxxvii. "De Tertullianistis."

4. Liber lxxxiii. Quæstionum. fol. 25.
Ibid. tom. vi. col. 1.

5. Dialogus quæstionum lxv. ad Orosium. fol. 51.
Tit. "Incipit liber Augustini ad Orosium."
Ibid. tom. vi. App. col. 7.

6. Enchiridion. fol. 57 b.
Tit. "Liber Enchiridion Sancti Augustini Laurencio scribens cujus erudicione delectatur cupiens illum esse sapientem secundum scripturam divinam."
Ibid. tom. vi. col. 195.

7. Soliloquiorum libri duo. fol. 75.
Ibid. tom. i. col. 355.

143.

Codex membranaceus, in folio, ff. 155, sec. xii., binis columnis exaratus; quondam eccl. S. Mariæ Ebirbac.; [ol. 1020.]

1. S. Augustini in evangelium S. Johannis sermones xxxvii. usque ad finem. fol. 1 b.

Tit. i. "Incipit sermo xxxvii. B. Augustini episcopi in evangelium secundum Johannem."
Exstant inter opera, tom. iii. part. ii. col. 550.
In calce, "Explicit expositio sancti Augustini episcopi in evangelium secundum Johannem."

2. S. Ambrosii de dignitate sacerdotali sermo. fol. 109.
Tit. "Incipit sermo exhortationis beati Ambrosii Christi de informatione pontificis."
Exstat impress. inter opera, tom. ii. App. col. 357.
In calce, "Explicit sermo exhortacionis beati episcopi de institucione pontificis."

3. S. Paulæ vita, auctore S. Hieronymo. fol. 113.
Tit. "Incipit vita sancte Paulæ edita a beato Ieronimo presbytero."
Exstat impress. inter Rosweydi Vitas Patrum p. 306.

4. Passio B. Vincentii Martyris. fol. 123.
Exstat inter Acta SS. ed. Mombritio, vol. ii. fol. 344.

5. Passio SS. Juliani et Basilissæ conjugis ejus sociorumque eorundem, cum præfatione. fol. 127 b.
Incip. præf. "Beatissimi martyres seculum vel tormenta superantes hoc nobis muneris reliquerunt."
Exstat inter Acta SS. mens. Januar. tom. i. p. 575.

6. Excerptum ex Fulgentii, episcopi Ruspensis, libro de veritate prædestinationis et gratiæ secundo. fol. 140.
Incip. "Veruntamen et orandi et operandi;" ut inter opera, ed. 1633, p. 288, col. 1, A. 3.

7. Ejusdem liber de prædestinatione. fol. 140 b.
Incip. "Jam nunc de illis Deus quos predestinavit;" ut in lib. iii. de veritate prædestinationis et gratiæ, quo cum concordatur ad verba prope finem "ad gratiam vitæ æternæ," in edit. p. 293, col. 2, B. 2. Postea in codice sic continuatur, "Gratia autem Dei vita eterna in Christo Jhesu Domino nostro; Ergo per gratiam Dei justificantur impii;" et post folia sex desin. "Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his, qui credunt in nomine ejus;" ut in edit. Paris. 1684, pp. 484—494, l. 25.

8. Ejusdem ad Monimum liber primus, cum prologo. fol. 147 b.
Tit. "Incipit prologus libri sancti Fulgentii ad Monimum de fide."
Exstat ibid. p. 15.
In calce, "Explicit liber Sancti Fulgentii."

144.

Codex membranaceus, in folio, ff. 137, sec. xii. ineuntis, binis columnis exaratus; [ol. 897.]

1. S. Augustini Sermones in S. Johannis Evangelium triginta sex priores. fol. 1.
Tit. "Incipit expositio beati Augustini episcopi in Evangelium secundum Johannem."
Exstant impress. inter opera, tom. iii. part. ii. col. 289.
Sequuntur pauca ex initio sermonis xxxvii.

2. Passio "beati Sebastiani sociorumque ejus." fol. 106.
Exstat impress. inter Acta SS. mens. Januar. tom. ii. p. 265.

3. S. Augustini sermones duo de pastoribus. fol. 120 b.
Tit. "Liber primus beati Augustini episcopi de fictis pastoribus."
Inter opp. tom. v. coll. 225—267.
In calce, "Expliciunt libri duo beati Augustini episcopi de pastoribus."

145.

Codex membranaceus, in folio, ff. 118, sec. xiii. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; quondam Hugonis Cressy; [ol. 1026.]

Anonymi cujusdam super Psalmos ci.—cl. expositio.
Tit. "Incipit tractatus de psalmo centesimo primo."
Incip. "Titulus hujus psalmi et oratio pauperis cum anxiatus fuerit et coram Deo effuderit precem suam. Quis iste intelligendus est pauper?" etc. "Domine exaudi orationem;" etc. "Tunc oratio nostra ad Deum clamor fit, quando id quod petimus cum magno cordis affectu."
Desin. comment. in cl. "vos estis hec omnia. Nichil hic vile, nichil hic transitorium, nichil lubricum vel ludicrum cogitetur. Et quia separare se a Deo mors est, omnis spiritus laudet Dominum."

146.

Codex membranaceus, in folio, ff. 163, sec. xv., binis columnis exaratus; quondam eccl. S. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1146.]

1. Gulielmi Alverni, Parisiensis, liber de pœnitentia. fol. 1.
Tit. "Tabula de penitencia."
Exstat inter opera, ed. 1591, p. 539.
In calce, "Explicit tabula de penitencia."

2. Ejusdem liber de collatione beneficiorum. fol. 16 b.
Tit. "Liber de collacione beneficiorum Willelmi Parisiensis."
Exstat Argentinæ, 1507.
In calce,
"Et sic est finis, sit laus et gloria Trinis."
"Explicit tractatus Wilhelmi Parisiensis de collacione et pluralitate beneficiorum."

3. Ejusdem de Universo Secundæ partis pars tertia. fol. 25.
Tit. "Incipit tractatus de Universo."
In edit. Paris. p. 957.

4. Ejusdem liber de S. Trinitate et ejus attributis. fol. 66.

Incip. " Oportet te prenosse in isto sacro et divinali magisterio ;" [in edit. Aurel. 1674.]

In calce, " Explicit primus tractatus divinalis magistri Wilhelmi seu Gwilhelmi Parisiensis, scilicet de Sanctissima Trinitate, nocionibus et predicamentis in divinis."

5. Determinationes Doctorum de crebra communione. fol. 119.

Incip. " Itaque ista erit aptissima regula ad propositum principale, puta ad demonstrandum quod hic inquirentes utilitatem plebis."

In calce, " Expliciunt determinaciones doctorum de crebra communione."

6. Determinatio centum presbyterorum de celebratione missarum. fol. 131.

Incip. " Deus in adjutorium meum intende. Scribitur in Ps. lxix."

In calce, " Sic est finis C. presbiterorum de celebratione missarum summatim repetiti solempniter per Conradum Ordinarum, doc. Erfordensem. Amen."

7. Henrici de Hassia liber de reductione effectuum in causas suas. fol. 140 b.

Incip. " Propter Ammirari inceperunt antiquitus homines prophetari."

In calce, " Explicit tractatus magistri H. de Hassia de reductione effectuum in suas causas."

8. Ejusdem liber de concatenatione causarum. f. 152 b.

Incip. " Quia libenter vellem scire modum amministracionis."

Desin. " Edita a subtili speculatore magistro Henrico de Hassia scripta per manus Johannis de Ackendene."

In calce, " Explicit tractatus M. Henrici de Hassia de concathenacione causarum."

147.

Codex membranaceus, in folio, ff. 208, sec. xii., binis columnis bene exaratus et servatus; quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach ; [ol. 1322.]

S. Hieronymi expositio super Prophetarum libros, qui sequuntur ; scilicet,

1. In Michæam. fol. 1 b.

Tit. " Incipit explanatio Sancti Hieronimi presbiteri in Micheam prophetam."

Exstat inter opera, ed. Vallars. tom. vi. col. 431.

2. In Abbacuc. fol. 45 b.

Tit. " Incipit explanatio in Abbacuc prophetam."

Exstat ibid. tom. vi. col. 587.

3. In Sophoniam. fol. 79 b.

Tit. " Incipit explanatio Sancti Ieronimi in Sophoniam."

Ibid. tom. vi. col. 671.

4. In Abdiam. fol. 108.

Tit. " Incipit Explanatio in Abdiam."

Ibid. tom. vi. col. 359.

5. In Jonam. fol. 120.

Tit. " Incipit ejusdem explanationum liber primus in Jonam prophetam."

Ibid. tom. vi. col. 387.

6. In Naum. fol. 137.

Tit. " Incipit ejusdem explanatio in Naum prophetam."

Ibid. tom. vi. col. 533.

7. In Danielem. fol. 160.

Tit. " Incipit prefatio Sancti Ieronimi in Danielem prophetam."

Ibid. tom. v. col. 617.

In calce, " Explicit explanationum liber secundus super Danihelem prophetem."

148.

Codex membranaceus, in folio, ff. 222, sec. forsan ix. exeuntis ; [ol. 1336.]

S. Hieronymi Expositio super Prophetas ; qui sequuntur,

1. Super Danielem. fol. 1.

Tit. " In nomine Domini nostri Jhesu Christi Incipit expositio Sancti Hieronimi presbiteri in Danichel Prophetam."

Exstat inter opera, tom. v. col. 617.

2. Explanatio in Johel prophetam ad Pamachium, liber primus. fol. 69.

Exstat ibid. tom. vi. col. 165.

3. In Michæam libri duo, cum prologo. fol. 97 b.

Tit. " Incipit expositio in Micheam prophetam."

Ibid. tom. vi. col. 431.

4. In Nahum ; cum prologo. fol. 158.

Tit. " Incipit explanatio in Naum prophetam."

5. In Malachiam. fol. 191.

Ibid. tom. vi. col. 939.

In calce, " Sicut Nauigantibus Optimus Portus ; ita Scriptori nouissimus uersus."

149.

Codex membranaceus, in folio, ff. 159, sec. xiii., quondam liber Sanctæ Mariæ de Bella Landa, co. Ebor. ; [ol. 1337.]

Stephani Langton, archiepiscopi Cantuariensis, Expositiones quæ sequuntur,

a. In Isaiam prophetam. fol. 1.

Tit. " Explanacio magistri Stephani Cantuarie archiepiscopi in Ysaia propheta."

Incip. " Audite celi," etc. " Sicut Moyses invocavit celum et terram in testimonium."

Desin. " dabo vobis cor carneum, id est, molle ac humile."

In calce, " Explicit Ysaias."

b. In Tobiam. fol. 93.
Incip. " Fiant luminaria, etc. Ecclesia dicitur celum et firmamentum, Celum, ut ibi, Celum mihi sedes est."
Desin. " et oleum consciencie."
In calce, " Explicit Tobias."

c. In Judith. fol. 101.
Incip. " Lucerna splendens," etc. " Nomine candelabri Sacra Scriptura."
Desin. " Seculi dies duraturus est. Explicit."
In calce, " Explicit liber Judith."

d. In Paralipomenon. fol. 113 b.
Incip. " Liber iste grece dicitur Paralipomenon, quod sonat Liber residuorum."
Desin. " eadem gravitate qua dicta sunt a peccante."

e. In libros Maccabæorum. fol. 121 b.
Incip. " Residuum eruce ;" etc. " Per erucam, locustam, brucum et rubiginem quatuor regna Iudeos devastantia."
Desin. " que minus sufficiunt avidius sumuntur."
In calce, " Explicit liber Machabeorum secundus."

150.

Codex membranaceus, in folio, ff. 188, sec. xii. exeuntis, binis columnis manu Thomæ cujusdam bene exaratus; quondam " liber Sanctæ Mariæ virginis in Ebirbach ;" [ol. 762.]

Anonymi cujusdam, an Thomæ supradicti, Expositio super Cantica Canticorum sermonibus centum quinquaginta sex comprehensa.

Præcedunt,

a. Tabula Sermonum. fol. 1.

b. Hymnus in honorem B. V. Mariæ. fol. 2 b.
Incip.
" Ave Maria gratia plena,
Dominus tecum, virgo serena."

c. Hymnus alter, unde supra. fol. 2 b.
Incip.
" Ave mundi spes Maria,
Ave mitis, ave pia."

d. Hymnus in eandem. fol. 2 b.
Incip.
" Salve mater Salvatoris, vas electum vas honoris."
Deinde, literis rubeis,
" Hec commenta Thomas Salomonis scripsit in odas
Ob quod eum dita, Jhesu pie, perpete vita."

Sequuntur scribæ versus duodecim rhythmici, incip.
" Mistica verba patent celesti plena sapore ;
Oscula sponsa petit, sponsi nam flagrat amore."

Incip. sermo i. cujus littera initialis includit imagines Christi et ecclesiæ, " Osculetur me osculo, etc. Tria sunt epithalamia, primum hystoricum, secundum philosophicum, tertium theologicum. Primum agit de legitima copula maris et fœminæ, secundum exprimit conjunctionem trivialis eloquentiæ.

In margine tum superiori tum inferiori exarantur octo versus rhythmici incip.
" Omnia precellit Christi dilectio plena."

Desin. expos. " jam eam osculo oris sui osculatur, id est, ejus presentia delectatur, qua perpetuo fruatur, Ipso prestante Qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen."

In calce,
" Finit amoris opus sit Christi gloria soli
Qui nobis tribuat scandere regna poli."

Hymni tres in honorem B. V. Mariæ; incip.

a. " Verbum bonum et suave
Personemus illud Ave,
Per quod Christi fit cum clave
Virgo, mater, filia."

b. " Gaude, mater luminis,
Quam divini numinis,
Visitavit gratia."

c. " Hodierne lux diei,
Celebris in matris Dei,
Agitur memoria."

151.

Codex membranaceus, in folio, ff. 140, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus, quondam cujusdam e familia de Morton; [ol. 764.]

1. [Petri Pictaviensis] Compendium Veteris Testamenti ab Adamo usque ad S. Nativitatem. fol. 1.
Incip. " Considerans sacre historie prolixitatem necnon et difficultatem scolarium."
Hoc compendium continuavit Rogerus Albanus usque ad Henricum VI.

2. Petri Comestoris Historia Biblica a Genesi usque ad finem Actorum Apostolorum, cum prologo. fol. 8.
Consentit quoad initium et finem cum edit. Argent. 1503.
Incuria scribæ insertus est Evangelicæ historiæ titulus in medio libri Maccabæorum secundi.
In pagina prima delineantur insignia gentilitia familiæ de Morton.

152.

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 280, anno 1463 binis columnis bene exaratus; quondam Johannis Blacman, Oxoniensis necnon Cantoris Etonæ, postea Georgii Kylner; [ol. 1164.]

Nicolai de Lyra Expositio super libros Testamenti Veteris sequentes, scil. Psalterium, Proverbia, Ecclesiasten, Cantica Canticorum, Sapientiam, Ecclesiasticum, Prophetarum libros sedecim, et Maccabæorum duo.

In calce, "Explicit doctor Lyra super secundum Machabeorum."

Deinde, "Benedictio et claritas et gratiarum accio honor virtus et fortitudo Deo nostro, Qui cum Jhesu Christo in unitate Spiritus Sancti vivit et regnat Deus per infinita secula Amen. Decollatio S. Johannis, 1463."

Ad calcem Psalterii notatur, "Explicit postilla super psalterium anno Domini 1326, quo anno omnes Anglici in Francia exeuntes capti fuerunt et hostiliter incarcerati."

In margine fol. 1. inferiori notatur, sed multum erasum, "Liber domini reverendi .... Johannis .... M. Johannis Blacman."

Deinde,

"Me dedit albus homo John Blacman ipse vocatus;
In presente domo qui redditus est graduatus;
Extitit Oxonie vir in artibus iste magister
Cantor et Etonie dignus dum rege minister
Pro quo defuncto seu vivo queso precare
P......... quicunque solet celebrare
Ut Deus hunc hominem Nigrum cognomine dictum
Post vite finem det sumere lucis amictum; Amen."

Cf. cod. MS. infra, 154.

153.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 143, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 1165.]

SS. Bedæ, Leonis papæ, Gregorii, Augustini, aliorumque Homiliæ super Dominicas a Pentecostes festo usque ad anni terminum.

Tit. "Omelia venerabilis Bedæ presbiteri de eadem lectione;" [scil. Si diligitis me.]

Exstat impress. in Bibliotheca Patrum Concionatoria, Paris. 1662, tom. iv. p. 545.

Homilia ultima integra, est Hieronymi in Dominicam xxii. post Pentecosten; et exstat impress. ibid. tom. v. p. 591.

Hom. in codice ultima partem posteriorem habet a manu recentiori suppletam, et est Bedæ super Dominic. xxiii. in istud, "Abeuntes Pharisei consilium inierunt," et incip. "Et observantes miserunt insidiatores;" inter opera, ed. Colon. 1612, tom. vii. col. 80.

154.

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 216, binis columnis eadem manu et eodem tempore ac codex supra memoratus, 152, nitide exaratus; quondam Johannis Blacman postea Georgii Kylner; [ol. 1163.]

Nicolai de Lyra expositio super libros Testamenti veteris sequentes; scil. Octateuchum, Regum quatuor libros, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Nehemiam, Tobit, Judith, Hester, et Job.

Præcedit Catalogus Codicum viginti quatuor possessoris cujusdam antiqui.

Subjecta est quoque margini paginæ i. inferiori, notitia de Johanne Blacman, sed hodie fere deleta.

155 a.

Codex membranaceus, in folio, ff. 126, sec. xi., binis columnis exaratus; [ol. 473.]

S. Gregorii Magni super Ezechielem prophetam libri duo.

In calce lib. i. literis uncialibus, "Explicit Omelia xii. Gregorii papae."

In calce lib. ii. "Explicit omelia x. Gregorii."

155 b.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 220, sec. xii. exeuntis; utrimque mutilus; [ol. 900.]

SS. Gregorii, Leonis, Bedæ aliorumque patrum Homiliæ Dominicales ab Adventus festo usque ad Passionem Domini.

Incip. i. [S. Gregorii] in verbis, "—— atque munditia, per primæ culpæ;" ut in Biblioth. Concionat. tom. i. p. 231, E. 1.

Defic. ult. in passione Domini [auctore anonymo] in verbis, "quæ fidelibus preparata sunt, pervenire—."

Sequuntur,

a. Homiliæ in die S. Mercurii fragmentum; incip. "loquebatur enim intra se hic efficacissimus erit."

b. Sermo in passione S. Julianæ virginis; [in calce mutil.] fol. 217.

Incip. "Martyrum sanctorum perseverantia comparata eo usque progressa est."

Defic. "admiratus est eam, dixitque ei Dic ————."

156.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 66, sec. xv., manu T. B. ut videtur exaratus; quondam "liber hospitalis Sancti Johannis Exoniensis;" [ol. 638.]

1. Tituli quæstionum Nicolai de Lyra super Biblia secundum ordinem alphabeti. fol. 2.

   In calce, "Expliciunt tituli questionum Doctoris de Lira."

2. Figuræ plures, tabernaculum, templum Salomonis aliaque ad Historiam sacram spectantia exhibentes, coloribus depictæ. fol. 5.

3. Tabulæ genealogicæ de familiis regum Syriæ, Antiochorum, Ptolemæorum, etc. fol. 14 b.

4. Tabula super doctorem de Lyra compilata et scripta per fratrem Willelmum Norton de sacro ordine

Fratrum Minorum in conventu Coventrey anno Domini m.cccc. tercio. fol. 16.

Incip. " Abacuk prophetavit destruccionem Caldeorum ad consolacionem."

In calce, " Explicit tabula super doctorem," etc. " Benedictus Deus, Amen. ff. T. B."

5. Arbor, lignum vitæ secundum Bonaventuram exhibens, ramis constans duodecim, in quorum unaquaque pendet sententia ex Prophetis, cum metrica explanatione. fol. 61.

Incip. " Ysaias. Ecce virgo concipiet," etc. " Jhesus ex Deo genitus. Jhesus emissus celitus, Jhesus prefiguratus. Jhesus Maria natus."

6. Figuræ aliæ, tam arborum tam rotarum, vii. opera misericordiæ, octo beatitudines, Virtutes, Vitia, opera passionis, septem petitiones Orationis Dominicæ, etc. exhibentes. fol. 61 b.

7. Turris Sapientiæ. fol. 65.

8. Rota altercationis oppositorum. fol. 66.

9. Duodecim proprietates conditionis humanæ. fol. 66 b.

157.

Codex membranaceus, in folio, ff. 228, sec. xi. exeuntis, binis columnis exaratus; initio mutilus; [ol. 639.]

SS. Gregorii, Bedæ, Maximi, Leonis, aliorumque Homiliæ plures, circiter septuaginta, in festa a die S. Paschæ ad S. Laurentii festivitatem.

Incip. i. in verbis, " —— quia adhuc in eorum cordibus peregrinus erat."

Secunda est Bedæ in istud, " Stetit Jhesus in medio discipulorum," et exstat in Biblioth. Concionator. tom. iv. p. 258.

Posteriores quatuor sunt in honorem S. Laurentii, quorum,

a. Tres sunt S. Maximi, et incip. " Sanctum est, fratres, ac domino placitum;" ut in Bibl. Concionat. tom. vii. pp. 635—637.

b. Ultima est S. Augustini, incip. " Se autem dicebat ipsum erat granum mortificandum."

Sequitur fragmentum sermonis S. Augustini, in istud, ' Qui intrat per ostium in ovile,' incip. " Dixerant enim se cecos non esse."

158.

Codex membranaceus, in folio, ff. 239, sec. xii., binis columnis bene exaratus; quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1019.]

1. S. Augustini Enarratio, seu sermones in Psalterium, scil. a centesimo primo usque ad ultimum inclusive. fol. 1 b.

Tit. " Tractatus beati A. e. d. ps. ci. Oratio pauperis cum anxiatus fuerit et coram Domino effuderit precem suam."

Impress. inter opera, tom. iv. col. 1091.

In calce, " Explicit tractatus beati Augustini episcopi de psalmo centesimo quinquagesimo."

2. Ejusdem Hypognosticon. fol. 222.

Tit. " Incipit liber sancti Augustini contra Pelagium et Celestium, qui appellatur Ypomnisticon Unius et Trini."

Consentit cum edit. impress. vol. x. App. col. 5—27. [fol. 235.]

Sequuntur excerpta ex libris iv. v. et vi. contra Julianum in edit. cit. tom. x. coll. 605, A. 10,—608, D. 5, 635, B. 4,—637, B. 4; etc. [in cod. ff. 235, b. col. i.—237. col. i. l. 20; ff. 237, col. i. l. 20—237 b. col. ii. l. 17, etc.]

Deinde decisio synodi Carthaginensis, Quod parvuli in peccatorum remissione baptizentur, cui succedit excerptum ex libro Hypognostici Sexto, incip. " addere etiam quam maxime;" tom. x. App. col. 42, l. penult. ad verba, quibus deficit codex, " Christo in se loquente, O homo tu quis es"—— col. 43. F. 7.

159.

Codex membranaceus, in folio, ff. 135, sec. x. ineuntis, binis columnis bene exaratus; quondam ' de monasterio S. Nazarii [Nannetensis];' [ol. 1142.]

Venerabilis Bedæ expositio super Octateuchum.

Exstat impress. inter opera, ed. 1612, tom. viii. coll. 52—262.

In margine fol. 1. superiori notatum est, " Probatio Scriptoris."

In calce, literis uncialibus, " Explicit expositio libri Ruth feliciter."

Sequuntur sententiæ nonnullæ ex Evangeliis, inter quas, " Codex de monasterio Sancti Nazarii."

Succedit introductioni de sex dierum creatione titulus charactere unciali scriptus, " Exameron Bedae, dilectissimo ac reverentissimo Antistiti Acca humillimus famulorum Christi Baeda salutem."

160.

Codex membranaceus, in folio, ff. 226, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 906.]

Anonymi cujusdam [an Nicolai Gorham?] Postillæ super Prophetas duodecim Minores, nonnunquam adscriptæ sed falso, Thomæ de Stureia.

Incip. " Stabat mare super xii. boves;" etc. " Secundum literam mare hoc dicebatur Lavatorium."

Desin. " Separacio meroris vel anathema memoris tunc enim eternaliter separati eternaliter ululabunt."

Cf. cod. MS. coll. Merton, clxix. 125 b.

In calce, " Expliciunt postille super librum xii. prophetarum."

In pag. i. notatur, "Postille super duodecim prophetas secunde;" cui annectitur manu recentiori, "Thom. de Stureya."

161.

Codex membranaceus, in folio, ff. 301, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 758.]

Nicolai Gorrani, seu de Gorham, Postillæ super Pentateuchum.

Incip. "Hic est liber mandatorum Dei;" etc. "Sicut dicit Augustinus libro 4°. de doctrina Christiana eruditus ita debet loqui."

Desin. "coram universo Israel, Hoc dicit quantum ad operaciones miraculosas."

162.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 214, sec. forsan xiii. ineuntis; binis columnis bene exaratus; [ol. 643.]

1. Anonymi cujusdam expositio super S. Pauli epistolam ad Romanos ex S. Augustini operibus variis collecta et concinnata. fol. 1.

Præcedit compilatoris præfatio; incip. "In nomine Domini et Salvatoris nostri Jhesu Christi, in hoc volumine continetur expositio epistolarum beati Pauli apostoli collecta et in ordinem digesta ex libris Sancti Augustini episcopi, doctoris eximii et fidelissimi, sicut singuli suis locis adscripti sunt."

Incip. expos. "Paulus servus," etc. "Paulus Apostolus, qui cum Saulus prius vocaretur non ob aliud quantum michi videtur."

In margine notatur, "Ex libro de spiritu et littera."

Desin. "non per gratiam sapientie particeps sed sapiens immobilitate atque immutabilitate naturæ."

2. Ejusdem compilatoris Expositio super epistolam ad Corinthios primam. fol. 112 b.

In marg. superiori inscribitur, "Explicit ad Romanos. Inscipit expositio prime epistole ad Corinthios."

Incip. "Paulus vocatus, etc. "Paulus, primo Saulus, hoc est primo superbus, post humilis."

Desin. "Anathema, greco sermone dixit condempnatus, Maranatha definivit, donec Dominus redeat."

In margine, "Ex sermone altercationis cum Pascentio Arriano."

In calce, "Explicit epistola 1 ad Corinthios."

163.

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 269, sec. xv., binis columnis bene exaratus; initio mutilus, evulsis scilicet foliis 81; [ol. 1561.]

Sanctorum vitæ, quorum festa in mense Octobri memorantur; scilicet,

1. [S. Silvestri papæ vita.] fol. 82.

Incip. in verbis, "—— vel sua manu condere dignatur."

Desin. "propter eos qui hereditatem cupiunt salutis in Christo Jhesu Domino nostro."

2. Vita S. Hieronymi presbyteri et Confessoris. fol. 84 b.

Incip. "Hieronimus noster in opido Stridonis, quod Agothis nunc versum Dalmatie;" inter opera, ed. Vallars. tom. xi. col. 241.

3. Vita S. Remigii episcopi. fol. 90 b.

Incip. "Beatissimi Remigii antistitis deposicio sancta nobis hodierna die;" inter Act. SS. mens. Octob. tom. i. p. 128.

4. Passio S. Leodegarii martyris. fol. 93.

Incip. "Igitur beatissimus Leudegarius ex progenie excelsa;" ut ibid. mens. Octob. tom. i. p. 485.

Sequuntur "Miracula quædam" de eo incip. "Omnipotens Deus, qui glorificantes se glorificat."

5. Passio SS. Supplicii et Serviliani. fol. 97.

Incip. "Factum est postquam omnes sanctos Dei tulit a Solacio."

6. Passio SS. duorum Ewaldorum presbyterorum [ex Beda]. fol. 109.

Incip. "Temporibus pristinis presidente Sergio papa."

Omnia fere exstant inter Act. SS. mens. Octob. tom. ii. p. 205.

7. Vita S. Francisci Confessoris [auctore S. Bonaventura.] fol. 110.

Incip. "Apparuit gratia Dei;" inter editt. impress.

8. Passio S. Fidis virginis et martyris. fol. 197 b.

Incip. "Sancta igitur Fidis Agennensium Civitate oriunda fuit."

Sequitur Translatio ejusdem, incip. "Post revelatum corporis thesaurum."

9. Passio SS. martyrum Sergii et Bachi [ex Simeone Metaphraste.] fol. 204.

Incip. "In temporibus Maximiani imperatoris."

Cf. Acta SS. mens. Octob. tom. iii. p. 871.

10. Vita et passio S. Reparatæ virginis. fol. 213.

Incip. "Sub Decio preside immanis fuit;" ibid. mens. Octob. tom. iv. p. 39.

11. Ludovici imperatoris epistola ad Hilduinum, abbatem S. Dionysii, in passione S. Dionysii et sociorum. fol. 215 b.

Incip. "Quantum muneris atque presidii non modo nobis."

Sequuntur,

a. "Rescriptum Hilduini." fol. 217.

b. Ejusdem Hilduini epistola ad omnes catholicos ejusdem momenti. fol. 225 b.

Exstant omnia apud Surium mens. Oct. p. 634.

12. Passio SS. Gereonis et aliorum. fol. 254. A
Incip. "Thebeorum martyrum;" inter Acta SS. mens. Octob. tom. v. p. 36.

13. Passio S. Callisti papæ et martyris. fol. 260.
Incip. "Temporibus Macrini et Alexandri," ut apud Mombritium, tom. i. fol. 150 b.

14. Egilwardi vita S. Burchardi episcopi et confessoris Christi, cum prologo et capitulis librorum præmissis. fol. 265 b.
Incip. prol. "Digne venerando;" ut inter Acta SS. mens. Octob. tom. vi. p. 575. B
Sequitur "Translatio S. Burkardi episcopi et Confessoris et de Megingaudo, successore ejus." fol. 291.
Incip. "Aspirando preveniente;" ibid. tom. vi. p. 591.

15. Vita S. Galli abbatis. fol. 295.
Incip. "Cum preclara sanctissimi viri Columbani;" ut apud Mombritium, tom. i. fol. 311.

16. De S. Luca Evangelista. fol. 304.
Incip. "Lucas Syrus et natione Anthiocenus;" C ut in Legend. Aur. ed. Davent. 1479, fol. 274 b.

17. Passio S. Januarii et sociorum ejus. fol. 310 b.
Incip. "Tempore quo Carus Cesar monarchiam."

18. Passio S. Ursulæ et undecim millium Virginum. f. 317.
Incip. "Regnante Domino nostro Jhesu Christo. Cum post passionem;" ut apud Surium, mens. Octob. p. 902.

19. Vita S. Severini episcopi et Confessoris. fol. 326 b. D
Incip. "Beatissimus igitur Severinus."

20. Jonæ cujusdam Vita S. Columbani cum prologo et librorum capitulis. fol. 328 b.
Incip. prol. "Memini me ante hoc ferme triennium."
Incip. vita, "Rutilantem atque ex nimio fulgore;" ut in Messinghami Florileg. SS. Hibern. p. 218.

21. Passio SS. Crispini et Crispiniani. fol. 360.
Incip. "Cum sub Maximiano et Diocleciano;" E apud Surium, mens. Octob. p. 959.

22. Passio SS. Apostolorum Simonis et Judæ. fol. 363 b.
Incip. "Symon itaque Chananeus."

23. Passio S. Quintini martyris. fol. 373.
Incip. "Sanctum atque perfectum et gloriosum triumphum."
Sequitur, sed *manu altera*,

24. Legenda S. Rudberti episcopi et Confessoris. fol. 376 b.
Incip. "Temporibus Hildeberti regis Francorum." F
Desin. imperf. in verbis, "Complentes disparuerunt, Tu autem, Domine."
Cf. Act. SS. mens. Mart. tom. iii. p. 702, C. 18.

164.

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 183, sec. xv., binis columnis optime exaratus et servatus; [ol. 1560.]

Missale secundum usum Sarisburiensem.
Præmittitur kalendarium.

165.

Codex membranaceus, in folio maximo, ff. 588, sec. xiv. ineuntis, manu Jacobi de Palmere binis columnis bene exaratus; quondam eccl. Cantuariensis ex dono Thomæ Arundell, archiepiscopi; [ol. 1562.]

Gulielmi Nottingham, sive Snotingham, Liber qui dicitur, Unum ex quatuor, seu Commentarii super Evangelia, in partes duodecim distincti.

Tit. "Hic incipit quedam nobilis exposicio super quatuor Evangelia et est, ut dicitur, ultima et melior omnibus aliis et vocatur Unum ex quatuor et multum plenius et diffusius tractat quam Clemens et plura dubia solvit."

Incip. "Da michi intellectum," etc. "Dyonisius de divinis nominibus c. iii. dicit quod ante omne et magis theologiam."

Desin. "ut possimus ad dona sempiterna pervenire, que Dominus ipse promisit, Ipso adjuvante, qui vivit et regnat in secula seculorum, Amen."

Sequitur tabula canonum Evangeliorum, cum expositione, et postea, "Explicit liber qui vocatur Unum ex quatuor vel Unus ex quatuor et differt a Clemente in multis evangeliis concordat et plene super quatuor evangelia tractat et plures bonas questiones movet et solvit. Et qui istum librum diligenter inspexerit, et secundum ea que scripta sunt in eodem vixerit, vitam eternam habebit. Iste liber est liber Jacobi le Palmere, quem scripsit manu sua propria; Deo gratias.

Libro fini > to < lassatum me fore sci > to.
Premia pro mari > to < des michi te rogi > to.

Hic liber est scriptus, qui scripsit sit benedictus."

Sequitur manu altera tabula lectionum Evangelicarum pro festis feriisque per annum.

Præmittuntur codici,

a. "Kalendarium super quatuor Evangelia, videlicet, super illo libro, qui vocatur, Unum ex quatuor."
b. Index alphabeticus, a capellano quodam Cantuar. compilatus et Thomæ Arundell, archiep. Cantuar. dicatus.

In litera initiali, picta scilicet et deaurata, exhibetur capellani effigies librum suum ad archiepiscopum offerentis, qui in throno sedet, circumstantibus monachis suis.

166.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 144, sec. xiii. ineuntis; [ol. 672.]

Opus, quod dicitur, Speculum Juniorum, in tres libros distinctum, quorum prior de bono et malo, ultimus agit de Sacramentis.

Tit. "Incipit liber, qui dicitur, Speculum Juniorum."

Incip. "Rationalem creaturam a Deo factam esse ut Deo fruendo beata esset."

Desin. "Gof. tamen dicit quod nec pasci a parentibus debent."

In calce, "Explicit summa que dicitur Speculum Juniorum."

Præmisit manus recentior capitulorum tabulam.

167.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 263, sec. xvi.; [ol. 771.]

1. Johannis Gersoni, sive Johannis a Kempis, sive cujuscunque sit, de imitatione Christi libri quinque, cum tabula capitum unicuique libro præfixa. fol. 2.

   Tit. "Incipit libellus devotus et utilis. De imitatione Christi et contemptu omnium vanitatum mundi."

   Consentiunt quoad initium et finem cum editionibus impressis.

2. Speculum S. Augustini episcopi. fol. 82 b.

   Incip. "O veritas, lumen cordis mei. Non tenebre mee loquentia."

   Differt a 'Speculo' inter opp. tom. vi. App. edito.

3. Liber ejusdem, qui dicitur Manuale. fol. 85 b.

   Incip. "Nunc adesto mihi Deus meus, quem rogo, quem diligo;" ut in tom. vi. App. col. 135, B. 11.

4. S. Basilii Admonitio ad monachos. fol. 94.

   Tit. "Incipit amonicio Sancti Basilii ad monacos."

   Incip. "Audi, fili, monitiones patris tui."

5. Ejusdem admonitio alia ad monachos. fol. 105.

   Incip. "Stude, monace, diligenter ne pecces."

6. Sermo B. Ambrosii, Mediolanensis episcopi, de moribus et honesta vita. fol. 106 b.

   Incip. "O dilecte fili dilige lacrimas," ut inter opera, tom. ii. App. p. 488.

7. "Formula quædam in regulari observantia servanda edita per fratrem Bonaventuram Cardinalem, ordinis Minorum, ad laudem Dei et fratribus; in libros quatuor distincta." fol. 108.

   Incip. "Omnia honeste," etc. "Tu, fili carissime, cum signum pulsationis campane que est velud tuba Dei."

   Desin. lib. iv. "et Deum semper in mente meditando vel cogitando portare."

   In calce, "Explicit liber quartus fratris David."

   Sequuntur excerpta ex SS. Bernardo, Ambrosio, "frate Jacopone," quorum incip. ult. "Balsamus inmunda cera cum chrismatis unda."

168.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 8 et 262, sec. xiii. exeuntis, quoad priorem partem binis columnis nitide exaratus; [ol. 670.]

1. Raimundi de Pennaforti Summa Theologiæ Moralis, cum prologo. fol. 1.

   Exstat sæpius impressa.

   Præmisit manus recentior tabulam titulorum.

2. Johannis Damasceni opus de fide orthodoxa, interprete Burgundione judice Pisano. fol. 148.

   Tit. "Johannis presbiteri Damasceni qui Mansur liber incipit in quo est tradicio ortodoxe fidei, capitulis distinctus c. a Burgundione judice due Prosano [*sic*] de Greco in Latinum domino Eugenio beate memorie pape translatus."

   Defic. in verbis cap. ult. "que divisa sunt;" cf. edit. le Quien. tom. i. col. 303, B. 1.

3. S. Augustini liber de Spiritu et anima. fol. 245.

   Incip. in verbis, "adoptaret in filios;" in edit. Bened. tom. vi. App. col. 37, H. 4.

   In calce, "Explicit liber Sancti Augustini de Spiritu et anima."

169.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 162, secc. xiii. et xii. ineuntis, quoad partem priorem manu Simonis de Somerset exaratus; [ol. 675.]

1. Raimundi de Pennaforti Summæ theologiæ moralis libri tres priores, cum prologo. fol. 1.

   In calce, "Quicunque hunc librum legeris, memor esto animæ fratris Simonis de Sumersete."

---

2. Sermones breves festivi duodecim. fol. 100.

   Incip. i. "Aspiciens a longe, Ecce ego video," etc. "O quam sancta quam sollempnis hodierna festivitas."

   Sequuntur, manu altera, auctoritates nonnullæ ex S. Ambrosio, etc.

3. Sermones alii festivales. fol. 128.

   Incip. i. "Non habemus hic manentem civitatem;" etc. "Cum multa cotidie in humane fragilitatis."

   Defic. ult. in verbis, "Quod enim his diebus passio Domini"——

---

4. Sermo in istud, "Ecce conventum facimus hodie in ea, que hic est Jerusalem," cui succedunt moralia plura de silentio, solitudine, etc. fol. 147.

   Incip. "Ubi non jam per justiciam positivam edificabimur non jam accedemus."

   Defic. in verbis, "Et suppositorum reductive et"——

170.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 36, sec.

xiv., quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 669.]

1. S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, "Contemplationes," potius, ut videntur, excerpta ex operibus S. Bernardi de diversis. fol. 1.
   Tit. "Incipit contemplatio Sancti Bernhardi."
   Incip. "Domus hec in qua habitamus ex omni parte sui ruinam nobis minatur."
   Desin. "Celestium pocius contemplatione quam terrestrium occupacione provenitur; Amen."
   In calce, "Expliciunt contemplaciones Bernhardi."

2. Capitula de amore Dei, de laude Dei et de gratiarum actione. fol. 32.
   Incip. "Notandum quod ad amandum Deum incitat nos Sacra Scriptura."
   Desin. "data super bona disce ad singula gratias agere."

171.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 167, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 666.]

1. Narrationes de B. Virgine Maria. fol. 2 b.
   Incip. "Quedam mangna domina cum duas ancillas haberet."
   Ad fol. 6 narratur de Juliano Apostata.

2. Anonymi cujusdam liber de virtutibus septem et de remediis peccatorum septem oppositorum. fol. 7.
   Incip. "Postquam dictum est de morbis ipsius anime, id est, de peccatis, addendum est de remediis."

3. Sermones in diversos S. Scripturæ textus. fol. 49 b.
   Incip. i. in istud, 'Sic currite ut comprehendatis;' "Hec verba scripta sunt ad Cor. 9 et duo tangit apostolus."

4. Sermo in symbolo Apostolorum. fol. 77.
   Incip. "Queso vos, fratres karissimi, ut expositionem simboli attentius audiatis."

5. Sententia Augustini, ep. Aurelianensis, de eodem. fol. 82 b.
   Incip. "Reddidi quid credatis; audite quid oretis."
   Sequuntur sermones alii breves.

6. Anselmi sententia quid sit monachatus. fol. 85.
   Incip. "Quesivit a me dilectio vestra, quid sit monachatus an prosit et ad quæ prosit."
   Deinde narrationes duæ de clerico quodam a dæmone infestato, et de vidua religiosa.

7. Expositiones et glossæ super S. Pauli epistolam ad Romanos et ad Corinthios primam ex SS. Patribus. fol. 88.
   Incip. "Paulus servus; etc. Augustinus in Enchiridion; servitus quia servitur justitiæ."
   Desin. abrupte in vers. 27 cap. xi. "Item, qui indevote, id est, irreverenter vel negligenter accedat."

A

8. Tractatus in istud 'Hoc est corpus meum,' etc. fol. 116.
   Incip. "Decessurus quis ab amicis suis facit eis festum, sicut dominus Lucas, Desiderio desideravi. Sicut si quis peregre profectus traderet amico optimum electuarium in pixide."

9. Auctoritates de diversis, super textus S. Scripturæ varios, etc. fol. 121 b.
   Incip. i. "Graciarum actio magis placet Deo in adversis quam in prosperis."

B

10. Firmati monachi exhortatio in amorem claustri et desiderium lectionis divinæ. fol. 133.
   Incip. "Fratribus qui sunt in valle Christi, Sacer Firmatus flores salutaris scientie et inestimabilem fructum ligni vite clara et nullo unquam marcescens tempore sapiencia Deum in plateis clamitans."
   In calce, "Explicit exhortatio Firmati monachi;" etc. ut supra.

C

11. Ex Hieronymo, Innocentio papa et Clemente, de infantia Salvatoris. fol. 139.
   Tit. i. "Ieronimus in libro de Infantia Salvatoris."
   Incip. "Maria erat in admiratione omni populo Israel."

12. S. Ignatii Epistola ad B. Virginem Mariam cum responsione. fol. 140.
   Tit. "Epistola Ignatii ad B. Virginem."

13. Ejusdem epistolæ duæ ad S. Johannem Evangelistam. fol. 140.

D

14. Lectiones novem de B. Virgine. fol. 140 b.
   Incip. i. "Inquirendum est, fratres karissimi, et explanandum per ordinem."

15. Ex Augustino de civitate Dei in laudem humilitatis. fol. 141 b.
   Incip. "Augustinus in primo libro de civitate Dei, Scio quibus viribus opus sit, ut persuadeatur."

16. De arte cylindri. fol. 145.

E

   Tit. "Incipit ars chilindri."
   Incip. "Investigantibus chilindri compositionem, qui dicitur Horologium viatorum."
   Sequuntur narrationes duæ in laudem confessionis.

17. Sermones breves quatuor. fol. 148.
   Incip. i. "Cum ignoremus quid agere debeamus;" etc. "Verba ista, karissimi, merito possum."
   Intitulatus est secundus in margine, "Sermo

F

   fratris W. Cornubiensis in Cathedra S. Petri," in istud, 'Tibi dabo claves regni celorum' et incip "Hodie karissimi beatus Petrus divina auctoritate curam assumpsit."

18. Expositio Orationis Dominicæ secundum SS. Patres. fol. 157.
   Incip. "Pater noster; etc. Hec dominica oratio privilegiata est in tribus, in dignitate, in brevitate, in fecunditate."

19. Expositio Salutationis "Ave Maria gratia plena," ex SS. Patribus confecta. fol. 159.

Incip. "In ista salutacione Virginem in quatuor et a quatuor commendabilem denunciat."

In calce, "Explicit sermo Cipriani de oratione Dominica."

Sequuntur acrostichides duæ in nomina Jesus et Maria, quibus succedunt septem urbanitates et septem rusticitates.

172.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 107, sec. xiii. exeuntis, binis columnis sed haud eadem manu exaratus; [ol. 667.]

1. Sermones parvi, seu Expositiones super SS. Scripturarum textus varios. fol. 1 b.

Incip. i. "Convertimini ad me," etc. "Tria tanguntur in hiis verbis, primo monet Dominus."

Occurrunt ad fol. 39 b, et forsan alibi, voces idiomate Germanico expressæ, ex. gr. "cor speciosum præ filiis hominum Got selich engelslich, lut sælig."

2. Sermones parvi Dominicales. fol. 49.

Incip. i. "Dicite filie Syon," etc. "Quasi dicit Deus Pater, O vos prophete et predicatores."

---

3. Sermones alii ejusdem momenti. fol. 92.

Incip. i. "Inter natos mulierum," etc. "Hodie karissimi natalis dies beati Johannis colitur."

Sequuntur nonnulla de speciebus quatuor superbiæ, de pollutione nocturna, etc.

In foliis 4 rejectaneis, quæ in initio codicis occurrunt, historiæ legitur fragmentum unius ex heroibus Arthuri regis, forsan Percevalli 'de Perceforest.'

210.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 186, sec. xv.; [ol. 1292.]

1. Ricardi Rolle de Hampole liber de forma vivendi; *Anglice.* fol. 1.
Incip. "In euery synful man and womman that is bounden in dedly synne."
In calce, "Explicit tractatus, qui vocatur Forma vivendi, compositus a Ricardo heremita de Hampole, qui obiit ibidem anno Domini m.ccc. xlix."
Idem est tractatus ac iste, quem fecit ad anchorissam.

2. Anonymi cujusdam, an ejusdem Ricardi, Liber ad matrem de orationis Dominicæ expositione, de decem mandatis, de septem sacramentis, de doctrina Evangelica, adversus peccata mortalia, etc. *Anglice.* fol. 20.
Inscribitur, "To knowe ye beteere my purpos in this boke wite ȝe wel that I desyre euerych man and womman and child to be my moder for Crist seyth, he that doth his fader wille is his brother suster and moder."
Incip. "Oure fader that art in heuene."
Desin. "how men schul clyrifie his fader."

3. Pars altera ejusdem forsan libri, in qua leguntur epistolæ SS. Judæ, Jacobi et Petri canonicæ, etc. *Anglice.* fol. 77.
Incip. "Alle these thynges Crist techeth in the Gospel of Seynt Jon."
Desin. "therfore to him heriynge joie worschipe in worldes of worldes; Amen."
Differt ab utraque Wiclefi versio nostra.

4. Expositio in istud, "Diliges Dominum Deum tuum," etc. *Angl.* initio mutil. fol. 94.
Incip. "Thou shalt loue the Lord thi God of al thin herte of al thi lyf."
Defic. "anentis God . the goynges"——.

5. 'Visitatio infirmorum,' seu formula Confessionis; *Anglice*; initio mutil. fol. 98.
Incip. ——"richesse, but specialiche and stedfastliche."
Des. "for in thin mercjful hondys I putte hit: Amen."
In calce, "Explicit visitacio infirmorum."

6. [Adami Carthusiani, sive cujuscunque sit,] liber de duodecim utilitatibus tribulationis; *Anglice.* f. 99.
Tit. "Primum capitulum de tribulacione."
Incip. "Thow soule trubled and tempted to the is this word schewed."
In calce, "Expliciunt remedia contra tribulaciones."

7. Tractatus in Ep. ad Hebr. xiii. 14. *Angl.* fol. 114.
Incip. "Frend in Crist as Seynt Poule seith."

8. B. Mariæ Virginis ad Ignatium epistola; *Angl.* fol. 132 b.
Tit. "This letter suying wrote oure lady Marye with here owne hand and sende hit to Ignacie the martyr."

9. De duodecim Justitiæ actibus ad regem spectantibus; *Angl.* fol. 133.
Tit. "Hugo de S. Victore in prologo super Apocalipsi."
Incip. "Seynt Austyn in a book that he made of twelve mysuses seith that the nynthe mysuse is of a wicked kyng."
At the end, "Here endeth a tretys of xxiii. riztwisnes that Seynt Austyn maade, the whyche longen to the lyf of a kyng."

10. Here "begynnyn the xvi. condiciouns of Charite." fol. 134 b.
Incip. "Seynt Poul spekith of Charite and seith on this wyse, ȝif I spelle with mannes tunge."

11. "Here begynnith the Abbeye of the Holy Goost" [from the Latin ascribed to Alcock, bishop of Ely]; mutil. fol. 136.
Beg. "Here is the book that spekith on a place that is iclepid the Abbeye of the Holy Gost."

12. Tractatus in mandata decem; [mutil.] fol. 147.
Incip. in verbis,——"of God and of heuenly goodes, and therefore with all myn herte I counseil ȝow and praie ȝow, my children."

13. Formula Confessionis; *Anglice.* fol. 157.
Incip. "I knowlech and ȝelde me gylty to God Almiȝti."

14. "Here begynneth materes of Holy Wryȝt that is nedeful to be knowen." fol. 168.
Incip. "Seynt Austyn seith, Whoso precheth the Gospel to wynne therwith his liflode."

15. Tractatus contra Diaboli tentationes; *Anglice.* fol. 174 b.
Incip. "For ȝe schul vnderstande that al a mannes lif fro the first poynt to the last."
In calce,
"Est multis medicus . quia una vocatur Apricus."

16. "The abbey of the Holy Ghost" [by Alcock?] f. 180.
Tit. "This is the abbey of the Holy Gost that is founden in a place that is clepud Concience."
Incip. "My dere brother and sister I se weel that many wolde ben in religioun."
In calce, "Here endeth of the Holy Gost."

211.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 176, sec. xiv. ineuntis; [ol. 1063.]

1. Ruperti, abbatis Tuitiensis, de divinis officiis libri sex posteriores. fol. 1 b.
Tit. "Incipit liber septimus domni Ruperti abbatis de divinis officiis."
Incip. in lib. vii. cap. xiii. edit. Hittorp. col. 986.
Desin. in fine cap. xxiv. lib. xii. edit. cit. col. 1089.

2. Ex opusculis S. Ambrosii de Hexaëmero, etc. f. 124.
Incip. "Dominus Jhesus postulatus a discipulis normam sibi insinuari."
Desin. cap. ult. 'Quomodo cibat' "hic dicitur per caritatem roboratur."

3. Auctoritates ex SS. Patribus variis de S. Eucharistia. fol. 145.
Incip. "Sermo S. Augustini. In mysterio corporis et sanguinis Domini nostri Jhesu Christi de Sancta Ecclesia per universum mundum."
Defic. in verbis ex eodem, "in carne veritate percepere, Pro ipsa enim"——
Patres qui citantur sunt, Augustinus, Gregorius, Hieronymus, Fulgentius, Cyprianus, Vigilius et Isidorus.

4. [Dagoberti] Pisani archiepiscopi, et Godefridi ducis, epistola evangelica de exercitu contra Saracenos in Terra Sancta militante. fol. 174.
Incip. Inscriptio, "Anno Domini millesimo C. actum est, Domino papæ Romanæ ecclesiæ et omnibus episcopis;" etc. ut apud Baronium, in Annal. tom. xviii. p. 115.
Codex noster epistolam istam exhibet longiorem et multo correctiorem quam editio impressa.
Cf. quoque Pertz Monument. Historic. tom. vi. Scriptt. p. 209.

5. Expositio vocabulorum quorundam in ritibus ecclesiasticis usitatorum. fol. 175 b.
Incip. "Baptizo, id est tingo."

212.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 215, sec. xiv., binis columnis exaratus; [ol. 1060.]

S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, opuscula quæ sequuntur,

1. De consideratione libri quinque. fol. 2.
Tit. "Incipit liber primus domni Bernardi abbatis Clarevallensis de consideracione ad Eugenium papam."
Exstant impress. inter opera, ed. Paris, 1690, tom. i. col. 407.
In calce, "Explicit liber quintus et ultimus beati Bernhardi abbatis de consideracione."

2. Sermo de amore Dei. fol. 50.
Incip. "Verbum mihi ad te, rex seculorum Christe Jhesu. Ausu caritatis."

3. Quare spiritales homines non percipiant gratiam. fol. 54 b.
Incip. "Quinque sunt impedimenta, quare Spiritales homines."

4. Sermo ad Novitios. fol. 56.
Incip. "In via estis, fratres, que ducit ad vitam, in via recta et inpolluta."

5. Sermo exhortatorius ad milites Templi. fol. 60.
Inter opera, tom. i. col. 541.
In calce, "Explicit sermo exhortacionis beati Bernhardi ad milites Templi."

6. De gratia et libero arbitrio ad Gulielmum, abbatem S. Theoderici. fol. 75.
Ibid. tom. i. col. 603.
In calce, "Explicit de libero arbitrio."

7. De informatione morum. fol. 93.
Tit. "Incipit liber ejusdem de informacione morum."
Incip. "Hortatur quidem timidam mentis mei impericiam;" ut inter opp. tom. ii. col. 373.

8. De diligendo Deum ad Haimericum. fol. 110.
Ibid. tom. i. col. 583.
In calce, "Explicit liber de diligendo Deum."

9. De gradibus humilitatis et superbiæ, prævia Retractatione. fol. 126 b.
Ibid. tom. i. col. 557.
In calce, "Explicit tractatus beati Bernardi abbatis de duodecim gradibus humilitatis."

10. Apologia ad Gulielmum, abbatem S. Theoderici. fol. 146.
Ibid. tom. i. col. 525.
In calce, "Explicit apologia beati Bernardi abbatis ad Wilhelmum abbatem."

11. "Tractatus beati Bernardi abbatis de confessione." fol. 157.
Incip. "Corde creditur," etc. "Dicit enim scriptura Omnis, qui credit."

12. Homiliæ quatuor super 'Missus est;' cum præfatiuncula. fol. 160.
Inter opera, tom. i. col. 732.

13. "Tractatus beati Bernardi de scala Claustralium." fol. 180.
Inter opera, Guigoni adscriptus, t. ii. col. 311.
Longior est in fine, annexo scilicet capite, cui titulus, "Amor amorem excita, animam pigram."

14. De collocutione animæ et corporis. fol. 186 b.
Incip. "Corpus meum longo languore torquetur."

15. Liber de amore excitante animam per amorem. fol. 191.
Incip. "Amor sic alloquitur animam."

16. Liber de præcepto et dispensatione, cum prologo. fol. 195.
Inter opp. tom. i. col. 499.

213.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 215, sec. xv.; [ol. 1045.]

1. Johannis Spicer, potius, ut videtur, Roberti Silk, Summa quæ dicitur Fasciculus Morum, in septem particulas distincta, cum prologo. fol. 1.
Incip. prol. "Frater predilecte, quia scriptura testante."
Incip. opus, "Ut enim habetur in regula beati patris nostri Francisci."
Conf. Cod. MS. infra 568, et MS. in Biblioth. Collegii Corporis Christi ccxviii.
Occurrunt hic illic loca nonnulla in Anglicum traducta; *metrice.*
Desin. "Et hec de luxuria et ejus opposito, scilicet continencia, ad presens jam dicta sufficiant et terminatur iste libellus, Deo gracias."
Sequitur prima Antiphona hymni, 'Regina celi letare,' Anglice expressa; incip.

"Quene of heuen mak thou murth,
And prays God with all thi myght,
For of the he tok hys burth
That is heele lyf and lygth."

Deinde tabula alphabetica, in cujus calce, "Explicit tabula super librum qui intitulatur Fasciculus Morum, quem composuit frater Robertus Selke, minor."

2. Sermones parvi Dominicales, etc. fol. 192.
Incip. i. "Costes. super id Ps. 20 Quoniam declaraverunt in te mala dicit sic declinaverunt enim extorquebant."

214.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 253, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; [ol. 1055.]

Jacobi de Voragine Liber de Sanctorum vitis et passionibus, dict. Historia Lombardica, seu Legenda Aurea; prævia tabula et præfatione.
Incip. præf. "Universum tempus præsentis vite;" ut in editt. impress. quibuscum quoad ordinem, etc. consentit fere codex noster, usque ad legendam de S. Jacobo Interciso, fol. 219; postquam succedit ordo vitarum ut sequitur,

a. De S. Pastore. fol. 220.
b. De S. Johanne abbate. fol. 221.
c. De Moyse abbate. fol. 221.
d. De S. Arsenio. fol. 221 b.
e. De S. Agathon abbate. fol. 222.
f. De S. Barlaam. fol. 222 b.
g. De S. Pelagio. fol. 227 b.
h. De dedicatione ecclesiæ; [ut in editt. impress.] fol. 234.
i. De S. Oswaldo rege. ff. 237, 240 b.
k. [De S. Columbano; imperf.] fol. 238.
Incip. "—cavit se esse infirmum. Columbanus autem putans eum cedere."
l. De S. Othmanno abbate. fol. 238 b.
m. De S. Servatio. fol. 239 b.

Sequuntur "Miracula" diversa. f. 241.
Incip. "Quidam paterfamilias bene se torquebat de quo in Vitis Patrum dicitur."
Desin. "hunc, quem vivum querebant, mortuum invenerunt."

215.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 119, sec. xv.; [ol. 825.]

1. De conversatione et de consolatione interna, libri tres; [initio mutil.] fol. 1.
Incip. in cap. ii. lib. i. "De humili scire sui ipsius Omnis homo scire naturaliter desiderat, set scientia sine timore Dei, quid importat."
Desin. cap. lix. et ult. lib. iii. cui titulus, 'Quod omnis spes et fiducia in solo Deo est figenda;' 'ad patriam perpetue claritatis; Amen.'

2. Manuale, ex operibus D. Augustini per ineruditum quendam consarcinatum. fol. 79.
Incip. "Quoniam in medio laqueorum;" ut in edit. Benedict. tom. vi. app. col. 135.

3. Ejusdem S. Augustini Soliloquiorum liber, cum prologo et capitulorum tabula. fol. 90.
Incip. prol. "Oraciones sive meditaciones."
Defic. in verbis, cap. xxxii. "ad cujus ymaginem est creata;" ut ibid. tom. vi. App. col. 98, D. 6.

216.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 174, sec. xi. ineuntis, binis columnis bene exaratus; quondam 'Liber S. Mariæ de Kyrkestall;' [ol. 800.]

1. Oratio metrica ad Christum. fol. 1.
Incip.

"Juste judex Jhesu Christe,
Rex Regum et Domine,
Qui cum Patre semper regnas
Et cum sancto Flamine."

2. Oratio S. Gregorii Magni. fol. 1 b.
Incip. "Domine exaudi orationem meam, quia jam cognosco, quod tempus meum."

3. De significatione mystica vocum in libris Moysis usitatarum, ex diversis. fol. 2.
Incip. "Primum tabernaculum intus habuit altare incensi, ante fores."

4. Orationes tres ex S. Augustino. fol. 4 b.

5. 'Manegaldus in glossis' [super Evangelia.] fol. 4 b.

6. Expositio Bedæ venerabilis presbyteri in proverbia Salomonis, præviis Alcuini ad Karolum regem versibus novem heroicis. fol. 5.
Exstant impress. inter opera, ed. Colon. tom. iv. col. 634.
Incip. versus,
"Beda Dei famulus nostri didasculus ævi."
Expositioni succedunt excerpta ex introitu ejusdem super libros Salomonis.

7. Sententiæ excerptæ "de diversis opusculis Patrum Augustini, Jeronimi, Ambrosii, Gregorii et aliorum;" scilicet,

a. Ex S. Hieronymi quæstionibus super Genesin. fol. 42.
Incip. "Neque vero Septuaginta interpretum errores arguimus."

b. [Ex eodem?] de septem gradibus animæ. fol. 50.
Incip. "Anima igitur primo gradu."

c. Ex Augustini et Hieronymi in epistolis mutuis aliisque. fol. 50 b.
Incip. "Augustini ad Dioscorum. Tam potenti natura Deus fecit."

d. Ex S. Hieronymo de septem vindictis Cain, et opusculis aliis. fol. 65 b.
Incip. "Quod si vult, quod in Genesi scriptum est."

e. Ex Augustino de S. Trinitate, de Civitate Dei, et aliis ejusdem opusculis. fol. 72.
Incip. "Qui putat ejus potentiæ esse Deum."

f. Sententiæ de corpore et sanguine Domini, ex eodem. fol. 84.
Incip. "Ad extirpandam stultam opinionem."

g. Dogmata B. Augustini de fide catholica. fol. 102.
Incip. "Credimus unum Deum esse Patrem."

h. Ex S. Gregorii Moralium super Job libris xxx. fol. 110.
Incip. "Erubesce Sydon, ait mare."

i. Ex Isidoro in libro Differentiarum. fol. 128 b.
Incip. "Inter Deum et Dominum ita quidam diffinierunt, ut in Dei appellatione Patrem."

k. Quomodo vel quando Deus Jhesus implevit omnes gradus. fol. 134.
Incip. "Primo hostiarius fuit, quando vendentes et ementes de templo ejecit."

l. Auctoritates variæ de diversis. fol. 142.
Incip. "Væ vobis, qui ædificatis," etc. "Magna faciebant illis monumenta."

m. Ex Etymologicis Isidori. fol. 154 b.
Incip. "Coturnices a sono vocis dictæ."

A n. Auctoritates aliæ ex SS. Patribus variis. fol. 160.
Incip. "Beda in omelia. Fuit in diebus Herodis; In ea quod eum adhuc ex utero matris."
Subjecit calci manus recentior epistolam S. Bernardi 'Eugenio papæ, qui et Bernardus dictus est,' incip. "Auditum est in terra nostra," inter opp. tom. i. coll. 233–234, E. 4.

217.

B Codex membranaceus, in 4to, ff. 129, sec. xv.; [ol. 822.]

S. Cypriani Carthaginensis opuscula varia; scilicet,

1. De lapsis. fol. 1.
Tit. "Opus Sancti Cipriani martiris incipit: de lapsis."
2. De oratione Dominica. fol. 8.
3. De ecclesiæ catholicæ unitate. fol. 15.
4. Ad Demetrianum contra Idolatras. fol. 21.
C 5. De mortalitate. fol. 26 b.
6. De opere et eleemosynis. fol. 31 b.
7. De bono patientiæ. fol. 37.
8. De zelo et livore. fol. 41 b.
9. Ad Fortunatum de exhortatione martyrii. fol. 45.
10. Ad Quirinum contra Judæos libri tres. fol. 52.
11. Ad Antonianum de Cornelio et Novatiano. fol. 78.
12. Ad Cæcilium de Sacramento calicis. fol. 83.
13. Ad Rogatianum juniorem et confessorem. fol. 86.
D 14. Ad Thibaritanos. fol. 87.
15. Ad martyres et confessores. fol. 89 b.
16. Ad Moysen et Maximum et cæteros confessores. fol. 90 b.
17. Ad clerum de precando Deo pro peccatis nostris. fol. 91.
18. Ad clerum et plebem de Aurelio, lectore ordinato. fol. 92 b.
19. Ad clerum et plebem de Celerino, lectore ordinato. E fol. 93.
20. Adversus Judæos, qui insecuti sunt Dominum; [*in spuriis*]. fol. 94.
21. Epistola contra aleatores; [*in spuriis*]. fol. 96.
22. De laude martyrii. fol. 98 b.
23. Ad Cornelium epistolæ octo. fol. 103.
24. Ad Rogatianum et cæteros de observanda disciplina. fol. 113.
25. Ad plebem de quinque presbyteris schismaticis. F fol. 114.
26. Ad Epictetum et plebem Assuritanorum. fol. 115 b.
27. Ad clerum et plebem de Victore, qui Faustinum presbyterum tutorem nominavit. fol. 116 b.
28. [Ad Lucium reversum ab exilio]. fol. 117.
29. Ad Maximum et Nicostratum de unitate. fol. 117 b.
30. Ad Maximum, etc. de reditu ex schismate. fol. 118.
31. Ad clerum Carthaginensem. fol. 118 b.

32. Ad Romanos epistolæ duæ. fol. 118 b.
33. Ad Lucium et qui cum eo sint. fol. 119 b.
34. Ad Moysem et Maximum presbyteros et cæteros confessores. fol. 120.
35. Ad Donatum de spernendo seculo. fol. 120 b.
36. Ad Magnum de Novatiano et his qui in lecto consequuntur. fol. 124.
37. De idolorum vanitate. fol. 126.
38. Versus de ligno vitæ, inscripti, 'Opus Cipriani.' fol. 128.

Incip.

"Est locus ex omni medius quem credimus orbe,
Golgata Judei patrio cognomine dicunt."

Codex noster in editione Felliana numero 3 distinctus est.

218.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 46, sec. xii. ineuntis; binis columnis bene exaratus; [ol. 849.]

HAIMONIS [Halberstadiensis?] Expositio brevis Canonum ecclesiasticorum, cum prologo.

Tit. prol. "Haimonis Prologus in hoc libro de Summa Decretorum."

Incip. "Precepciones canonum sive prohibiciones que ab apostolicis viris Romanis pontificibus sive ceteris orthodoxis patribus tradite ad nos usque venerunt, quam salubres ac necessarie sunt ecclesie Dei."

In hoc mentio fit de Ivone Carnotensi, qui "exquisita diligentia de pretaxatis canonum regulis quedam capitula ordinavit;" etc.

Sequuntur Pontificum Romanorum nomina, 'qui nobis super ecclesiasticis negotiis expressos canones reliquerunt.'

Tit. operis, "De brevi expositione Canonum, Haimo Dei gratia, id quod est."

Incip. "Sanctorum ac venerabilium Patrum nominibus ordine dispositis congruum duximus ante ipsos Canones, quasi quasdam ipsorum regulas."

Incip. primæ distinctiones capitulorum, "Hec pars continet de fide Trinitatis et Incarnationis."

Deficit opus in cap. de sacris ordinibus verbis, "eorum qui bene suorum civium merentur testimonium."

In calce,

"Hic decretorum . finis finisque laborum."

219.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 88, sec. xv.; [ol. 1090.]

1. Opus RAYMUNDI LULLII de probatione articulorum fidei, prævia apostrophe metrica. fol. 1.

Titulum præmisit manus recentior, "Opus Raymundi Lullii, insignis philosophi, quod absolvit in aula Bonifacii 8 cum degerit ibi, A. D. 1296."

Exstat impressum, in 4to. sine loco vel anno.

In calce,

"Hoc opus exegi . sit regum gratia Regi,
Digna coli . regina poli . me linquere noli."

2. NICOLAI DE LYRA Determinatio de adventu Messiæ. fol. 33.

Exstat impressa in Hieron. de S. Fide Hebræo-Mastyx, p. 148, et sub tit. "Pulcherrimæ questiones Judaicam perfidiam in catholica fide improbantes;" in 8vo. s. l. vel a.

In calce, "Explicit determinacio sive questio venerabilis doctoris fratris Nicholai de Lira de ordine Fratrum Minorum de adventu Christi sive Messie."

3. Ejusdem NICOLAI liber contra Impugnantes Evangelium. fol. 60.

Incip. "Potens sit in doctrina sana exortari," etc. "Licet verbum propositum epistolaris condicionis sit expressum."

Desin. "per hoc objectiones suas in aperto mendacio terminavit."

In calce, "Explicit tractatus de Lira contra Judeum."

220.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 245, sec. xv., binis columnis exaratus; quondam 'Liber Sancte Marie Virginis' [in Eberbach;] [ol. 976.]

UBERTI LOMBARDI Opus de nomine et amore JESU, cum prologo et capitulorum tabula.

Incip. prologus brevis, qui præit capitula, "Liber iste duos continens tractatus."

Incip. prologus operis, "Cum nomen Jhesu mellifluum omni nomini tanquam nobilius, amabilius."

Incip. cap. i. "Vocatum est nomen ejus;" etc. "Hec verba scripta sunt in evangelio hodierno."

Opus istud in duos libros distinctum est, quorum prior iterum in tres, alter vero in duodecim, partes subdividitur.

Desin. pars ult. libri secundi, "in eandem Ymaginem transformemur a claritate in claritatem prestante ipso Domino nostro Jhesu Christo;" etc.

In calce, "Explicit opusculum fratris Uberti Lombardi de nomine et amore Jesu."

Sequitur, 'Sermo beati BERNHARDI abbatis in Nativitate Baptiste Johannis;' incip. "Hodie Johannis, dilectissimi, dies illuxit insignis;" ut inter opera, tom. ii. col. 675.

221.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 128, secc. xiii. exeuntis et xiv., binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 955.]

1. JOHANNIS DE RUPELLA ord. Minor. Summa de vitiis. fol. 1.

Incip. "Cum summa theologice discipline divisa sit in duas partes, scilicet in fidem et mores."

Desin. "si alicui melius videatur non contendo."

In calce, "Explicit Summa de vitiis magistri Johannis de Rupella."

Exstat exemplar aliud in Cod. Coll. Exon. ix.

In fol. 77 verso notatum est, "Iste liber pertinet ad dominum Guntherum Onikonem sacerdotem et capellanum in castro Lare prope Northusen, Moguntiensis dyoceseos, quia dominus Henricus de Pholde, olim prepositus ecclesie Jech: legavit sibi eundem librum in curia Avinionensi Romana in remedium anime sue, anno Domini m.ccc.lxxiiii. xxiii. die mensis Julii."

---

2. Regula Canonicorum, Spiritu Sancto dictante, edita in generali concilio Aquisgrani habito, cui interfuit Christianissimus Imperator Lodovicus; cum prologo. fol. 79.

Incip. prol. "Cum in nomine Sancte et Individue Trinitatis Christianissimus et gloriosissimus Lodowicus superno munere."

Incip. reg. "Ergo quia crescat Sanctam ecclesiam predictorum Patrum exempla sequi debere, quorum noscitur documentis."

Desin. "Eo opitulante pervenire mereantur."

In calce, "Explicit Regula Canonicorum."

3. Regula S. Augustini. fol. 92.

Exstat impress. in Holstenii Cod. Regularum, tom. i. p. 349.

In calce, "Explicit regula Sancti Augustini episcopi."

---

4. Bernardi, monachi Massiliensis, liber qui dicitur Informatio Regularis, cum prologo. fol. 96.

Incip. prol. "Omnibus fidelibus et maxime religionis vinculis astrictis, ad quos presens opusculum pervenerit."

Incip. opus sub tit. 'De eo quod loca non faciunt perfectum monachum sed bona conscientia;' "Cum Domini sub terra et plenitudo ejus, si quis puritatem mentis."

Defic. in verbis, "quantum corpus fovetur, tantum anima destituitur."

---

5. Fragmentum in B. M. Virginis conceptionem. f. 112.

Incip. in verbis, "——virgo non potuit contra jura nature Dei filium generare."

Desin. "quicquid creaverat, recreavit."

6. Opus metricum rhythmicumque quod dicitur, 'Totum Nichil,' cum prologo oratione ligata scripto. fol. 112 b.

Incip. prol. "Omnibus, nulli et quidam nullus totum nichil: Cum omnia Dominus fecerit in numero, pondere et mensura."

Incip. opus, "Incipit numerus binarius.

"Unus, duo, ita incipit numerator,
Unus Deus omnium unus est creator,
Proximo sub numero locat legislator,
Creata, cum alius non sit mediator."

Desin.
"Nichil facit penitus nisi conteratur,
Sed contritus sine hiis in casu salvatur."

7. Sermo regius ad fratres Cartusii Regalis monasterii Sancti Martini in monte Sancti Herasmi supra Neapolim. fol. 124.

Incip. "Scidit Achab vestem suam;" etc. "Predicator debet docere et monere temporalium fluxa deserere, sicut Martinus."

Desin. "faciat Ipse, qui est benedictus in secula seculorum; Amen; Amen; Amen."

222.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 235, secc. xiii. ineuntis, xiv. et xiii. exeuntis; binis columnis, priori parte excepta, exaratus; [ol. 957.]

1. De vita Arnulfi, conversi Villariensis, libri duo, cum prologo. fol. 1 b.

Tit. "Incipit prefatio in vitam famuli Dei fratris Arnulfi conversi Villariensis."

Incip. prol. "Sicut in germinibus herbarum atque lignorum quæ terra producit."

Incip. vita, "Fuit in episcopatu Cameracensi, in oppido quodam terre Brabantine quod Bruxella dicitur."

Desin. lib. ii. "preveniens nos in benedictione dulcedinis Jhesus Christus, Dominus Noster;" etc.

In calce, "Explicit vita servi Dei fratris Arnulfi Villariensis."

Sequuntur, 'Versus de conversatione et obitu ejusdem; incip.

"Nobilis egrediens hospes de corpore mortis
In patriam rediit ad prime gaudia sortis."

---

2. Auctoritates ex SS. Patribus variis aliisque super Genescos librum, aliosque sacri canonis libros, cum expositionibus parabolicis. fol. 29.

Incip. "Expeditis in prima edicione que dicenda videbantur quantum ad sensum aperciorem."

Ad fol. 63 tabula est contentorum.

3. Auctoritates aliæ ejusdem generis, pars quidam ut videtur operis supradicti, cum prologo generali. fol. 64 b.

Incip. prol. "Auctoris intentio in hoc opere tripartito est satisfacere pro posse studiosorum fratrum quorundum desideriis."

Desin. "quod a tot sapientibus concorditer approbatum est."

In calce, "Explicit super Genesin editio prima, Qui scripsit hoc sit benedictus a Deo suo Amen."

---

4. Johannis, filii Serapionis, Breviarium, sive Practica medicinæ, in partes septem distinctum; cum prologo. fol. 104.

Tit. "Tractatus primus Breviarii, filii Serapionis, medici, translatus a magistro Girardo Cremonensi de Arabico in Latinum. Inquid Johannes."

Deficit pars septima in cap. xxix. verbis, "Sumatur gallarum quantum necesse est, et ponatur in"——edit. Lugd. 1525, fol. xcv. b, col. i. l. 44.

A

223.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 135, sec. xii. exeuntis; [ol. 1099.]

Sermonum liber de diversis, qui numerantur quinquaginta sex, quorum unus et alter S. Bernardo tributus est.

B

Incip. i. "De resurrectione. Hodierna sollempnitas, fratres mei, multa miracula nobis offert."

Ult. est in istud, "Ad rigandam omnem superficiem terræ," et incip. "Verbum Domini est quod audistis per os meum," et defic. in verbis, "vitam, vita sicut alius apud alium"——

Sequitur tractatus de Septem Sacramentis sub titulo, "De septem columpnis, quas sibi sapientia excidit."

C

Incip. "De septem columpnis fidei, juvante Domino, tractaturi, humiliter invocemus septiformem Spiritum pietatis."

Ad fol. 25 sermo est 'In die Pentecostes,' qui consentit cum eo inter Bernardi opera impresso, tom. i. col. 928.

224.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 71, sec. xiii., binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1288.]

D

Alberti Magni Summa de laudibus B. Mariæ Virginis, cum prologo, et titulorum tabula.

Tit. "Incipit tractatus de laude beatissime Virginis ab Alberto Magno editus."

Exstat impress. in 4to. Colon. 1509.

In calce,

"Explicit iste liber . sit scriptor crimine liber."

Sequuntur,

a. Versus octo in honorem B.V.M. fol. 71.

E

Incip.

"Si fieri posset, quod arene pulvis et unde."

b. Utrum homo debeat se omnibus per humilitatem subjicere. fol. 71.

c. De vitio curiositatis circa intelligibilia. fol. 71.

d. De jejunio, etc. fol. 71 b.

Præmittuntur codici,

a. Utrum excommunicato communicare liceat. fol. 1.

b. Sermo B. Augustini episcopi de assumptione B. M. Virginis. fol. 1 b.

F

225.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 203, sec. xii. exeuntis, quoad priorem partem binis columnis bene exaratus; quondam 'liber S. Augustini Cantuariensis,' postea, anno scilicet 1599, Jaspar. Gryffyth; [ol. 831.]

1. R. de Thaneto, Ord. Benedict. forsan eccl. S. August. Cantuariensis, Sermonum liber de festis et de tempore.

Incip. i. "Sermo de adventu Domini. Jacob benedictiones daturus filiis presciens in Spiritu de semine suo nasciturum Christum."

Auctor forsan idem est cum Reginaldo Cantuariensi, ord. Benedict. qui seculo duodecimo ineunte scripsit S. Malchi vitam: necnon cum Reginaldo de Thaneto de quo mentio fit in "Dart's Hist. of Canterbury, App. p. v."

Ubi desinit columna duplex, sermonis a scriba imperfecti finem supplevit manus contemporanea, an auctoris ipsius, membranæ unicæ fragmento.

Sequuntur sermones plures ejusdem, ut videntur, Reginaldi, quorum incip. i. "Tulit Moyses virgam Aaron," etc. "Murmuraverunt filii Israel quod Aaron pre ceteris."

Ult. est in istud "Hodie celesti sponso," et desin. "et sponsus et sponsa intra quos nos conjungat Jhesus Christus ecclesie sponsus, Qui vivit et regnat," etc.

226.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 100, sec. xii. exeuntis; [ol. 1290.]

Ivonis, Carnotensis episcopi, epistolæ numero ducentæ septuaginta sex.

Tit. i. "Capitulum primum. Urbanus episcopus," etc. ut in edit. Paris. 1647, part. ii. p. 1.

Ult. est Paschali inscripta, et exstat in edit. cit. part. ii. p. 115, ep. cclxxi.

In calce, "Expliciunt epistolæ Ivonis Carnotensis episcopi."

Sequuntur,

a. Sermo Cur Filius Dei factus est homo. fol. 98.
In edit. cit. part. ii. p. 284.

b. [De nativitate Domini.] fol. 99.
Ibid. part. ii. p. 287.

c. [De Annunciatione B.V.M.] fol. 100.
Ibid. part. ii. p. 293.
Defic. in verbis, 'per auditum Virgo verbum,' p. 294, l. 48.

227.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 217, sec. xiv. ineuntis, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1360.]

1. Bernardi, abbatis Clarævallensis, ad Eugenium papam III. libri v. de Consideratione. fol. 2.

Tit. "Incipit liber primus domini Bernhardi abbatis de consideracione ad Eugenium papam."

Exstat impress. inter opera, tom. i. col. 407.

2. Ejusdem ad Aimericum liber de diligendo Deo. fol. 39 b.

Tit. "Domini Bernardi abbatis quare et quomodo diligatur Deus."

Ibid. tom. i. col. 583.

3. Ejusdem Homiliæ quatuor super 'Missus est,' cum prologo. fol. 53.

Tit. "Incipit prefatiuncula beati Bernhardi abbatis in laudibus virginis Marie super Missus est."

Ibid. tom. i. col. 732.

4. Gulielmi de Peraldo Speculum Religiosorum, sive de eruditione Religiosorum libri sex, cum prologo et capitulorum tabula. fol. 70.

Tit. "Incipit liber erudicionis religiosorum: prima pars hujus libri de gracia in eductione a seculo facta."

Exstant impress. sub nomine Humberti, ord. Præd. in 8vo. Colon. 1616, et alibi.

Præmisit manus contemporanea notitiam de auctore sequentem, "Magister Wilhelmus Peraut, sacre theologie eximius professor et sacri ordinis predicatorum cultor precipuus, sequentem librum composuit, quem in sex particulas distinxit, unde tales dantur versus,

"Pro mundo primum pro corpore sume secundum;" etc.

5. Nota de hiis, quæ nos merito inducere debent ad amorem Christi. fol. 214 b.

Incip. "Dicit beatus Bernhardus, O anima attende, quod singularis illa majestas."

228.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 165, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 845.]

SS. Patrum vitæ et legendæ, necnon de festis variis diebus commemorationes.

Incip. i. "Primo de ortu Salvatoris. David ampliare volens cultum Domini xxiiii. instituit summos sacerdotes."

Ult. est, 'De exordio et plantatione ligni sancte Crucis,' et incip. "Tempore David regis vir quidam religiosus."

Vitæ hic illic consentire videntur nunc cum illis a Mombritio nunc a Jacobo de Voragine editis.

229.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 67, sec. xv.; [ol. 1591.]

1. Liber de septem vitiis mortalibus; *Italice.* fol. 1.

Tit. "Sermon trato chontra li defeti de molti che par cheson tegnu di Spirituali de la fra scrita pistola de san Polo a Galatas la qual se leze da puo quindexe di de la festa de la santa Ternita."

Incip. "In nel spirito vivemo," etc. "Lo zentelisimo Polo vedendo molti in nela gli exia de Dio auere zusta e nome e abito umile."

2. Le predichaȝion de San Polo e Fenide al uostro onor e lexe ben chon pli de amor. fol. 37.

Incip.

"De una zita santisima chime vose al dir."

3. Vita B. Mariæ Virginis; *Italice.* fol. 40.

Tit. "Al nome de Dio e de la verȝene Maria; Amen. Qua chomenȝa la vita che fexe la verȝene Maria in questo mondo e chomo Dio li mostra de molti miracholi per lo so amor da puo chel so charo fio mi sier Jexum Cristo monta in ȝielo dal so pare Dio Onipotente Creator del ȝielo e de la tera e de tuta la soa chonpagnia de tuti i Santi de vita eterna."

Incip. "Qua dixe San Epifano chomo Jexum Christo manda."

Desin. "e chon lo Spirito Santo loqual sin de die salvar per infinita sechula sechulorum; Amen."

230.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 178, sec. xii., quondam eccl. S. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1067.]

Johannis Cassiani abbatis Collationes quatuordecim abbatis Chæremonis aliorumque, cum præfatione titulorumque tabulis.

Tit. i. literis uncialibus, "In hoc volumine continentur bis septem collationes Trium et quinque Patrum; Prima secunda et tertia Cheremonis;" etc.

Deinde, "Incipit prefatio Cassiani abbatis ad Honoratum episcopum et Eucharium super septem collationes Patrum."

Exstant impress. inter opera, ed. Atrebat. 1628, p. 556.

In calce, "Explicit collatio Abrahe de mortificatione."

231.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 281, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; [ol. 868.]

Ludolphi de Saxonia Expositiones super Davidis Psalterium, ex SS. Augustino, Gregorio aliisque collectæ, cum prologo; in calce mutil.

Exstant sæpius impressæ.

In calce l. et c. psalmi notatum est, "Explicit exposicio prime quinquagene Psalterii collecta a domino Ludolfo monacho, ordinis Carthusiensis, Deo Gratias."

Defic. in verbis expos. super Ps. cxli. vers. 7, "Intende ad deprecationem, qua malum a me depelli precor et necesse est, quia humiliatus sum nimis"——

232.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 187, sec. xii., optime exaratus, sed mutilus; [ol. 1096.]

1. [Hugonis de S. Victore Sententiarum Summa in tractatus septem distincta.] fol. 1.
Exstat impress. inter opera, ed. Venet. 1588, tom. iii. fol. 186 b.
Desin. in verbis, "in qua docetur non fuisse commixtio sexuum;" in edit. cit. fol. 214 b, col. 2, M. 6.

2. [Ejusdem liber de B. Mariæ Virginis virginitate perpetua.] fol. 62 b.
Exstat ibid. tom. iii. fol. 37.

3. G. cujusdam præfationis fragmentum in librum de Christi anima. fol. 70 b.
Incip. "Aliquotiens accidisse comperi."

4. [S. Bernardi abbatis liber de Diligendo Deo.] f. 71.
Exstat inter opera, tom. i. col. 583.

5. [Ejusdem epistola ad quosdam noviter conversos.] fol. 84 b.
Incip. "Super bono nuntio quod de vobis auribus nostris insonuit;" ut inter opera, tom. i. col. 367.

6. S. Augustini sententia de quotidie communicando. fol. 87.

7. [Epistola 'de fide et fiducia nostri temporis.'] fol. 87 b.
Incip. "E . . . presen. . . . . institutio tecum agere de fiducia nostri temporis."

8. [Hugonis de S. Victore de Sacramentis fidei liber primus in partes duodecim distinctus.] fol. 94.
Exstat impress. inter opera, tom. iii. fol. 218.

233.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 124, sec. xii., binis columnis bene exaratus, quondam Johannis Lydgate; [ol. 1508.]

1. Isidori Hispalensis Synonyma sive Soliloquia, cum duobus prologis. fol. 1.
Tit. "Incipit prologus in libro synonime beati Ysidori Yspaliensis urbis archiepiscopi."
Exstant impress. inter opera, ed. 1617, p. 216.
Incip. prol. alter quem non in edit. cit. invenimus, "Venit nuper ad manus meas quedam scedula, quam Synonimam dicunt, cujus formula persuasit animo quoddam lamentum mihi vel miseris condere."
Sequitur tabula consanguinitatis, incip. "Auctor mei genitus mihi pater est; Ego illi filius aut filia."

2. Sermones sex antiqui. fol. 13.
Incip. i., in Nativitatem Domini, "Sanctam ac desiderabilem, gloriosam ac singularem sollempnitatem."

3. Sermo in istud, 'Duo in lecto, duo in molendino,' etc. fol. 20 b.
Incip. "Fratres karissimi, nullus locus desperandi."

4. [Hildeberti Cenomannensis] Sermones lxxviii. Catholicorum, prævia capitulorum tabula. fol. 23.
Tit. "Hæc sunt, quæ in hoc volumine continentur lxxviii. Sermones Catholicorum."
Tit. serm. i. est, "De eo quod non sunt contempnende potestates sive mundi sive ecclesie;" in istud, 'Non est potestas nisi a Deo.'
Incip. "Audite fratres karissimi, quid Apostolus vobis clamet;" inter opera, Paris. 1708, col. 707.

5. [Ejusdem Hildeberti Epistola ad Adelam Comitissam.] fol. 106 b.
Tit. "Epistola episcopi Cenomannorum T. A. sue domine atque dilecte."
Exstat ibid. col. 11.

6. S. Gregorii Magni epistola ad Constantinam Augustam. fol. 107 b.
Tit. "Gregorius Constantine Auguste."
Exstat impress. inter opera, tom. ii. col. 708.

7. Liber pœnitentialis. fol. 108.
Incip. "Qui episcopum vel presbiterum vel dominum, patrem vel matrem vel patronum."
Defic. in verbis, "si clericus vel psalmorum modulationibus cum totidem genuflexionibus."—

8. Fragmentum de hexaëmero. fol. 112.
Incip. "Quarta igitur; que fuit prima exornationis completa est sole de oriente."

9. [Isidori Hispalensis] de partibus hominis et ætatibus ejus libellus. fol. 114 b.
Incip. "Natura dicta est eo quod aliquid nasci faciat."
[Duo sunt capita priora Originum libri undecimi.]

---

10. Versus circiter cxiv. proverbiales. fol. 121.
Incip.
"Qui cupit aut metuit juvat illum sic domus et res,
Ut lippum tabule picte fomenta podagram."

11. "Regulares ad feriam terminorum inveniendam qui ex feriis primi anni totius seculi orti sunt," cum expositione. fol. 121 b.
Incip. expos. "Superioris igitur pagine ratio hec est, habet namque numerum epactarum in latitudine."

12. Versus lxxiv. heroici proverbiales, quorum nonnulli ex Horatio, Virgilio, etc. fol. 123.
Incip.
"Si videt hec omnis domus et vicinia tota,
Introrsum turpem speciosum pelle decora."
In calce codicis scriptitavit, an manus Johannis Lydgate poetæ, "Sciant presentes et futuri, quod ego Johannes Lydgate ——."

234.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 86, sec. xii., quondam eccl. S. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1125.]

1. Isidori Hispalensis ad Florentinam sororem libri duo contra Judæos. fol. 1 b.

Tit. "Liber sancti Ysidori episcopi ad Florentinum sororem de testimoniis Christi in veteri Testamento."
Exstant inter opera, p. 367.

2. Symbolum secundum S. Athanasium, cum expositione. fol. 44.
Tit. "Incipit catholica Athanasi."
Incip. "Hæc est fides catholica quam exposuerunt patres nostri."
Incip. expos. "Fides dicitur credulitas, est ibi credentia catholicam."

3. Epistola, in qua de morte Pilati agitur. fol. 45 b.
Incip. "Tiberio et Vitellio consulibus factum est in ipso articulo passionis Domini nostri Jhesu Christi."

4. Isidori Hispalensis Synonymorum libri duo, cum prologo. fol. 48.
Exstant inter opera, p. 216.
In calce, "Finit, Deo gratias."

5. S. Augustini liber de continentia. fol. 68 b.
Inter opera, tom. vi. col. 297.

6. Ejusdem epistola ad Januarium. fol. 82.
Ibid. tom. ii. col. 123.

7. 'De conflictu virtutum cum vitiis' carmen ex S. Augustini opere de eodem supposititio, ut videtur, confectum. fol. 85.
Incip.
"Vos qui sub Christo . mundo certatis in isto."

8. De decem plagis Ægypti. fol. 86.
Incip.
"Tactu plagarum perit Egyptus variarum."
Sequitur, "Sanctus Disibodus dixit,
"Quæ docet hæc in se probet et prius impleat ipse."

235.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 300, sec. xiv. exeuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1580.]

1. Expositio in S. Matthæi Evangelium, auctore forsan Johanne Wycliffe, cum textu; *Anglice.* fol. 1.
Incip. "Seynt Austyn saith in the secounde book of Cristen docctryne in the ende, Whatever thing a man fyndith in any science."
Versio est secundum istam antiquiorem Wycliffe fere tributam.

2. Ejusdem, seu forsan Joh. Rolle de Hampole, expositio super S. Johannis Apocalypsin. fol. 265.
Incip. "Seynt Poule the apostle seith that alle tho that will mekely leven in Jhesu Crist."
Incip. versio, quæ differt ab istis Wycliffo ascriptis, "Ioon ȝoure brother and partener in tribulacioun and dwelle in pacience of Jhesu Crist."

236.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 200, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; quondam eccl. B. V. M. de Ebirbach; [ol. 101.]

1. S. Ambrosii, episc. Mediolanensis, Expositio super Psalmum cxviii. fol. 1.
Tit. "In nomine Sancte Trinitatis, Incipit expositio de psalmo centesimo octavo decimo Sancti Ambrosii Mediolanensis urbis episcopi."
Exstat inter opera, ed. Benedict. tom. i. col. 971.
Desin. in verbis, "dignaris suscipere quem inveneris, inponere humeris quem susceperis" [in edit. cit. col. 1254, F. 7,] "Qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas;" etc.

2. Vita S. Mauri abbatis, auctore Fausto monacho. fol. 145.
Impress. inter Acta SS. Ord. Benedict. sec. i. p. 276.
In calce, "Explicit vita Sancti Mauri abbatis."

3. Vita S. Hieronymi presbyteri, auctore anonymo. fol. 163.
Exstat inter opera, tom. xi. col. 267.
In calce, "Explicit vita Sancti Iheronimi presbiteri."

4. S. Lucæ Evangelistæ vita. fol. 169.
Tit. "Incipit vita Sancti Luce Ewangeliste."
Incip. "Igitur gloriosissimus apostolus et Evangelista Jhesu Cristi domini Lucas."
Cf. Bandin. Catal. tom. i. col. 390.

5. S. Galli vita, [auctore Walafrido Strabone,] annexis miraculorum libris duobus. fol. 172.
Tit. "Incipit vita Sancti Galli confessoris."
Exstat inter Acta SS. Benedict. sæc. ii. p. 230.

6. S. Othmari vita, [auctore eodem Walafrido.] fol. 194 b.
Tit. "Incipit vita Hotmari abbatis."
Exstat ibid. sæc. iii. part. ii. p. 155.
In calce, "Explicit vita Hotmari abbatis."
In fol. ultimo plura memoravit manus aliquantum recentior de istis sacris, quæ in die Dominico evenerint.

237.

Codex membranaceus, in folio, ff. 249, secc. xii. xiii. et xiv.; [ol. 1013.]

1. S. Benedicti Regula; *Germanice.* fol. 1.
Tit. "Hic beginnit die regele sancte Benedictus unses vaders und vnsers lieben heren."
In fine, "Patres, matres, et fratres et sorores requiescant in pace; Amen."

2. [S. Anselmi sive cujuscumque sit,] Elucidarii libri quatuor. fol 17 b.
Tit. "Incipit prologus in Elucidarium."
Exstant libri tres priores impress. inter opera, edit. 1721, p. 457.

Incip. lib. iv. " Legatio fratrum ad Magistrum. Fratres in domo Dei cum consensu ambulantes sunt pro tua salute."

Desin. " ut te ultima dies in consortio illorum inveniet. Amen."

3. Correctio S. Augustini ad sacras Virgines. fol. 78 b.

Incip. " Cum mortalium mutabilis mens vel bonis aliquando vel malis intentionibus delectetur."

4. Exhortatio metrica ad SS. Virgines. fol. 86.

Tit. " Sermo ad Sanctas Virgines."

Incip.

" Virgines Deo dicate,
Attentius auscultate,
Que vos quidam idiota
Admonet ex menta tota.

5. Sermo de duobus latronibus. fol. 86 b.

Incip. " In cruce Dominus Christus pendebat, Judei blasphemabant, principes subsannabant."

6. Verba Seniorum ex libro dict. ' Vitas Patrum.' fol. 88 b.

Incip. " Interrogaverunt quidam seniores abbatem Pastorem ;" ut in Rosweyd. [p. 502, col. 2,] ubi plura invenienda sint inter pp. 434 et 503.

Ult. incip. " Dixit abbas Yperechius," ibid. p. 476, col. 1, § 50.

---

7. Visio, quæ fratri nostro Wettino ostensa fuerat pridie ante transitum ejus. fol. 168.

Incip. " Cum predictus frater die sabbati cum aliquibus fratribus."

8. Ægidii Corbeiensis Carmen de urinis, cum commentario nonnunquam Gentili de Fulgineo ascripto. fol. 173.

Tit. " Incipiunt Egidii versus Urinarum a voce Egidii ; et commentum eorundem et ejusdem."

Incip. comment. " Liber iste nove institutionis, studiose composicionis."

Exstat carmen sæpius impressum, et recentius ed. Choulant. Lips. 1826.

9. De medicina simplici et composita. fol. 186.

Incip. " Medicinarum quedam sunt simplices, quedam composite."

10. De Aloe. fol. 194.

Incip. " Aloe, quia a prima litera incipit, erit principium."

11. De clisteriis, etc. fol. 195.

Incip. " Clisteriorum quatuor sunt genera."

---

12. Johannitii, [medici Arabis, Isagoge in Galeni artem Parvam.] fol. 203.

In calce, " Explicit liber Johannicii."

13. Hippocratis Aphorismi. fol. 208 b.

14. Ejusdem Prognosticorum Liber. fol. 217.

15. Theophili Protospatharii de urinarum differentia liber. fol. 222 b.

16. S. Brendani abbatis vita. fol. 229 b.

Incip. " Sanctus Brandanus, filius Phynlocha, nepos Altilde, genere Cogeni."

Desin. " cum suis reversus est ad locum suum."

Cf. Bandin. Catal. Codd. Latin. tom. i. col. 362, § xii.

17. De inventione capitis Sancti Johannis Baptistæ, præcursoris Domini. fol. 244.

Incip. " Quidam monachi de Oriente profecti cupientes que preciose crucis Christi."

Desin. " ad sextam kal. Martis per indictionem septimam ; ad laudem et gloriam Sancte et Individue Trinitatis ;" etc.

238.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 200, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus, quondam " liber Virginis Mariæ in Haussem apud Ollanos ;" [ol. 1130.]

1. Anonymi cujusdam opus de S. Ordinis Cisterciensis initio, in distinctiones sex divisum, præviis cujusque distinctionis capitulis, et cum prologo metrico. fol. 6 b.

Tit. " In nomine Domini nostri Jhesu Christi incipit narracio de inicio Cysterciensis ordinis, qualiter patres nostri de Molismensi cenobio propter puritatem ordinis secundum tenorem regule S. Benedicti recuperandam egressi fecundam Cysterciensem ecclesiam fundaverunt, que est mater omnium nostrum, quomodo ex ipsa tanquam de fonte purissimo rivuli cunctarum ecclesiarum ordinis nostri derivati sunt, et de nonnullis reverendis atque in omni religione conspicuis personis, que in Cystercio et in Claravalle claruerunt."

Incip. prol.

" Quisquis ad eternam cupiens pertingere vitam
Currere felicem monachi contendis agonem."

Tit. cap. i. " Quod Dominus Jhesus in doctrina sua formam perfecte penitentie tradiderit."

Incip. " Eternus Deus, Eterni Dei filius, Dominus noster Jhesus Christus, Creator omnium rerum."

Desin. cap. ult., quæ est, ' Recapitulatio finalis eorum, quæ in hoc volumine continentur,' " quandoque pervenire mereamur, præstante eodem Domino nostro Jhesu Christo ;" etc.

2. Sermones quatuor de S. Johanne Baptista. f. 175 b.

Incip. i. " A. A. Domine Deus nescio loqui," etc. " Fratres Si Iheremias sicut ex lectione audistis."

3. Miracula et virtutes Sancti Nicolai. fol. 182.

Incip. " De symulachro Diane. Ex multis ydolatriis que olim piata regio dedita fuerat."

4. De inventione Sanctæ Crucis. fol. 194.

Incip. " In sexto anno regni Constantini multa barbarorum gens."

5. De exaltatione ejusdem. fol. 197.
Incip. "Tempore illo postquam Constantino Augusto contra Maxentium tyrannum."

6. Sermo in vigilia Assumptionis ad Sanctimoniales. fol. 198 b.
Incip. "Omnis gloria ejus filie regis;" etc. "In hoc versu prophetico, filie dilectissime, gloriam Domine vestre describunt."
Desin. "exuberant mirabilia Dei, Cui est honor et gloria in secula seculorum; Amen."

239.

Codex chartaceus, in folio, ff. 96, anno 1501 manu Casparis Olaer scriptus; [ol. 857.]

JACOBI [JUNTERBUCK de Polonia] Carthusiensis Quodlibetum statuum humanorum, cum tabula, prologo, et procemio.

Tit. "Opusculum presens quod appellatum est Quodlibetum statuum humanorum venerabilis magistri Jacobi Carthusiensis sacre theologie professoris."

Incip. prol. "Ezechiel sanctus," etc. "In sacra visione legitur vidisse librum."

Incip. procem. "Exorsurus igitur preconcepta vendico mihi verba."

Incip. opus, "De papa et ipsius Curia. Et ut recto ordine hic stilus se attingat."

Desin. "et in continua assistentia creditur non defuisse; Cui laus et gloria," etc.

In calce, "Anno, etc. xv°. i. sexta post Dominicam, 'Quasimodo genti,' etc. Per me Caspar Olaer ex matre, ex patre vero Blomenhawer dictum, ex Freynsheym. Lector corrige."

240.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 91, sec. xii., bene exaratus; [ol. 1097.]

1. Kalendarium. fol. 1.
Præmissum est unicuique mensi monostichon incip.
"Iani prima dies et septima fine timetur;" ut inter Bedæ opera, tom. i. p. 190.

2. Martyrologium per anni circulum. fol. 7.
Tit. "Incipit martirilogium per tocius anni circulum."
Incip. "IX°. Kal. Januarii. Vigilia natalis Domini. Aput Antiochiam Syrie natale sanctarum virginum xl."
Cf. Martyrolog. inter Bedæ opera editum, ed. Colon. 1612, tom. iii. col. 277.
Inseruit in margine manus fere contemporanea SS. plurium Anglicanorum commemorationes.

3. Hymni tres, notis instructi musicis, scil.

A. In B. Mariæ virginis honorem duo. fol. 90 b.
Incip.
a. "Chorus noster plaudat odis
Depromendo piis modis
Marie preconia."
b. "Virens ave Virgula."

B. In Thomam Becket. fol. 91.
Incip.
"Quasi thus ardens in igne."

241.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 86, sec. xii., bene exaratus et servatus; [ol. 855.]

S. GREGORII papæ I. Homiliarum super Evangelia Dominicalia libri duo, prævia ad Secundinum, episcopum Tauromenitanum, epistola; in fine mutil.

Præcedit tabula capitulorum.

Defic. in lib. ii. homil. xxxi. verbis, "Quia profecto qui hic non vult ad Fecun"—— inter opera, tom. i. col. 1584, D. 8.

Sequuntur,

a. Forma templi S. Sepulchri, sicut sanctus Arculphus episcopus depinxit. fol. 85.

b. Narratio de clericis duobus civitatis Britanniæ Minoris dict. 'Nannetis.' fol. 85.
Incip. "Civitas est Britannie Nannetis dicta nomine."

c. Quomodo presbyter Plecgis Dominicum corpus in forma pueri a Domino sibi demonstrari impetravit. fol. 86.
Incip. "Quidam presbiter fuit religiosus."

d. De puero Judæo, quem proprius pater pro susceptione corporis et sanguinis Christi in fornacem ardentem projecit. fol. 86.
Incip. "Judei cujusdam Vitrarii filius, cum apud Christianos."

Præmissæ sunt notitiæ morales, locive communes, de diversis theologicis; incip. "Martirium sine sanguine triplex est; Parcitas in ubertate quam habuit David et Job."

242.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 125, sec. xiii. ineuntis, quondam Johannis Juliani; [ol. 1295.]

1. PETRI DE RIGA, Vindobonensis, liber qui dicitur, Aurora, sive Paraphrasis omnium fere librorum Sacræ Scripturæ, cum Recapitulatione utriusque Testamenti. fol. 1.

2. MATTHÆI Vindocinensis Tobias, seu paraphrasis metrica libri Tobiæ, cum prologo. fol. 108 b.
Tit. "Incipit prologus magistri Mathei Vindocinensis in librum Thobie:"
Incip. prol. "Intensa brevitate libri."

Exstat poema impressum inter Raenerii Autores octo morales, p. 165.

In calce, "Explicit Thobia."

3. Anonymi cujusdam tractatus de celebratione missæ. fol. 120 b.

Incip. "In missarum solempnitatibus celebrandis ad ecclesias principibus institutum est."

In fol. ultimo notatum est, "Joh. Juliene est le nom de celuy qui a ouy parler de . . . . et demeure au Neuf Chastel."

243.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 111, sec. xii., binis columnis bene exaratus, quondam Jacobi Usserii, archiep. Armachani; [ol. 1301.]

Venerabilis Bedæ Historia Ecclesiastica gentis Anglorum, prævia capitulorum tabula.

Tit. "Incipit liber primus beati Bede presbiteri ecclesiastice historie Anglorum."

Sequitur catalogus operum ejus defic. in verbis, "Teque deprecor bone Jhesu"——.

244.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 137, sec. xii. exeuntis; [ol. 1304.]

S. Lucæ Evangelium, glossa ordinaria et interlineari instructum.

2. Tractatus de instructione Confessorum, videlicet Confessionale, cum prologo. fol. 354.
Incip. prol. "Simpliciores et minus expertos Confessores."
Citantur Summæ Raymundi et Johannis Lectoris.
Incip. lib. "Cum aliquis suam petit Confessionem audiri."
In calce folium est unicum rejectitium, in quo fragmentum Pontificalis veteris.

279.

Codex membranaceus, in folio, ff. 236, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam abbatiæ S. Albani; [ol. 1022.]

Missale, secundum usum ecclesiæ forsan S. Albani, Angliæ protomartyris, prævio kalendario.
Post kalendarium occurrit notitia, manu contemporanea, "Hoc missale procuravit frater Johannes de Dunstaple custos S. Amphibali per licenciam domini Hugonis abbatis, et assignavit specialiter ad altare Sancte Katerine; quod qui alienaverit aut titulum deleverit anathema sit.
Anima dicti Johannis et fidelium anime requiescant in pace. Amen."
Deinde, manu altera et recentiori, "Hoc missale procuravit Adam Hougton ex permissione domini Willelmi abbatis ad capellam infirmarum."

280.

Codex membranaceus, in folio, ff. 124, sec. xii. exeuntis; binis columnis exaratus; [ol. 1211.]

1. S. Gregorii Magni Homiliarum in Ezechielem prophetam liber primus, cum prologo. fol. 1.
Exstat impress. inter opera, tom. i. col. 1173.

2. Lucii Annæi Senecæ de beneficiis libri septem. f. 101.
Tit. "Incipit Seneca de beneficiis."

3. Ex ejusdem de Clementia libris excerpta. f. 114 b.
Tit. "Incipit de Clementia."
Incip. "Scribere de Clementia, Nero Cesar, institui."

4. Ejusdem, [potius Martini Braccarensis,] liber de quatuor virtutibus principalibus. fol. 117 b.
Tit. "Incipit liber de quatuor virtutibus principalibus."
Prodiit Daventriæ 1512, et alibi.

5. Septem Sapientum Proverbia. fol. 121.
Incip. "Amans quod suspicatur vigilans."

6. Eorundem Nomina. fol. 123.

7. Exhortatio moralis. fol. 123 b.
Incip. "Pergite Sancti Dei pueri ac puelle mares ac femine celibes et innupte."

8. De virtutibus et vitiis gentibus variis propriis. fol. 124.
Incip. "Invidia Judeorum: Fallacia Grecorum."

281.

Codex membranaceus, in folio, ff. 235, sec. xiv., anno scilicet 1340, Parisiis, binis columnis bene exaratus; [ol. 980.]

Philippi de Monte-Calerio ord. Min. Postilla super Evangelia Dominicalia, cum prologo.
Tit. "Incipit postilla super Evangelia Dominicalia edita a fratre Philippo de Monte Calerio ordinis fratrum Minorum tunc lectore in Padua."

Incip. prol. "Rogatus multocies cum instancia ut aliqua capabilia."

Incip. text. "Erunt signa," etc. "Sciendum est quod duo sunt inter alia que hominem retrahunt a malo."

Desin. "sic igitur istud equaliter licet inepte abreviatum est, Ipso auxiliante, Qui cum Deo Patre, etc.

In calce, "Explicit scriptum Parisius anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo."

Sequuntur tabulæ duæ, cum præfatione brevi, scilicet,

a. Tituli Evangeliorum.

b. Ordo contentorum alphabeticus.

282.

Codex membranaceus, in folio, ff. 330, sec. xv., binis columnis exaratus; mutilus; [ol. 1259 ?]

Missale secundum usum Romanum. Præmissa est Canoni tabula picta Crucifixum exhibens, stantibus ad pedem crucis SS. Maria et Johanne.

Deest kalendarium, excepto folio primo.

283.

Missale Prædicatorum; in membranis impressum in civitate Lubicensi 1502; hodie apud libros impressos recensitus.

284.

Codex membranaceus, in folio, ff. 272, secc. xii. exeuntis, xiii. et xiv., binis columnis exaratus; [ol. 1137.]

1. Liber quidam ecclesiasticus [secundum usum Herbipolensem, Antiphonarium forsan,] in quo leguntur Invitatoria, Versus, Responsiones, Laudes, Lectionesque, etc. pro diebus festis per totum fere annum; omnia notis musicis instructa. fol. 1.

Incip. "In adventu Domini. Ecce dies venient dicit Dominus;" etc. "*Ver.* In diebus illis salvabitur Juda et Israhel;" etc. "*Invit.* Ecce venit rex, occurramus obviam Salvatori nostro."

---

2. Lectiones de tempore et de sanctis per circulum anni. ff. 119, 168.

Incip. "Visio Ysaie filii Amos."

---

3. Orationes et capitula brevia per anni circulum dicendæ. fol. 207.

Incip. "In Adventu Domini capitulum. Deus pacis sanctificet vos per omnia."

4. 'Preces majores,' sive Litaniæ; [mutil.] fol. 268.

---

5. Legendæ in festo Corporis Christi, et in die S. Kyliani. fol. 269.

285.

Codex membranaceus, in folio, ff. 147, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus, quondam Will. le Neve, 'Clarencieux' regis armorum; [ol. 1251.]

[S. Bernardi, abbatis Clarævallensis,] Homiliæ super Cantica Canticorum xxxvii.—lxxxvi.

In calce insignia sunt gentilitia W. le Neve coloribus optime expressa.

286.

Codex membranaceus, in folio, ff. 163, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; quondam Will. Le Neve; [ol. 1151.]

1. Ricardi Rolle de Hampole commentarius super Psalterium; cum præfationibus duabus, quarum prior metrica est; *Anglice.* fol. 1.

Incip. prol. 1.

"This blessyd boke that here begynneth . full of louyng and melodye,
Of prayours be the which we wynneth . the grace of God all myȝtye."

Incip. prol. 2. "Grete plente of gostly confort and joy in God comes in the hertes."

Incip. comment. "Beatus vir;" etc. "In this psalme he speketh of Crist and his folwers blandischyng to us."

In præfatione metrica occurrunt versus,

"Therfore a worthy holy man cald Rychard Hampole
Whom the Lord that all thyng can leryd lely on his scole
Glosed the Sauter that sues here in Englysch tong sykerly
At a worthy recluse prayer cald dame Merget Kyrkby."

2. Ejusdem commentaria super Cantica sacra tam veteris quam novi Testamenti. fol. 154 b.

Incip. "Canticum Ysaie. Confitebor tibi," etc. "I shal shrife til the Lorde, for thou ert wrethid til me."

In calce, "Explicit Canticum Marie matris Domini nostri Jhesu Cristi."

In margine infer. ult. folii, "Thomas Peinton;" et in fol. 160 verso depicta sunt insignia Will. le Neve gentilitia.

287.

Codex membranaceus, in folio, ff. 140, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1247.]

Origenis Commentarii super S. Pauli ad Romanos epistolam; interprete Ruffino, prologo epilogoque interpretis instructi.

Tit. "Incipit prologus Ruffini in epistolam Pauli apostoli ad Romanos, sive epistola ad Eraclium, cujus rogatu hanc epistolam Pauli de Greco

in Latinum transtulit juxta expositionem Origenis."

Exstant impress. nonnullis versus finem aliquantulum variantibus, inter opera, ed. Bened. vol. iv. p. 458.

In calce, "Explicit expositio Origenis in epistolam Pauli apostoli ad Romanos."

Sequitur epilogus, seu "Epistola Rufini ad Eraclium de nomine libri," et in fine "Explicit epistola."

288.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 166, sec. xi. exeuntis; binis columnis bene exaratus; [ol. 1227.]

1. S. Gregorii Magni super Job Moralium libri xxiii.—xxxv. fol. 1.

Tit. "Incipit liber vicesimus tercius in expositione Job Moralia beati Gregorii per contemplationem sumpta libri septem pars quinta."

Exstant impress. inter opera, tom. i. col. 729.

In calce, "Explicit liber tricesimus quintus Beati Gregorii papae urbis Romae in Job."

2. Isidori Hispalensis Chronicon. fol. 162.

Tit. "Incipit Chronica beati Isidori Hispalensis episcopi, viri doctissimi."

Consentit cum edit. impress. apud Roncallii Chronica, Patav. 1787, col. 419.

289.

Codex membranaceus, in folio, ff. 128, sec. xiii., binis columnis exaratus; [ol. 1150.]

Ricardi de S. Victore, sive cujuscumque sit, opus Exceptionum in partes duo distinctum, quarum prior decem, altera quatuordecim libros comprehendit.

Tit. "Incipit liber exceptionum magistri Richardi. Pars prima continet originem et discretionem arcium, situm terrorum, summam hystoriarum."

Exstant libri quatuor priores inter opera, ed. Rothom. 1650, p. 313.

Præcedit prologus, cui titulus, "Incipit prologus magistri Richardi canonici Sancti Victoris," et incip. "Accipe, karissime frater, Exceptionum munus, quod postulasti."

Sequitur capitulorum tabula.

Incip. lib. v. "de regnis mundi. Modo narrabo, quomodo ab initio regna mundi cucurrerunt."

Desin. pars. i. "Post hunc fuerunt isti, Henricus, Philippus, Ludovicus."

Incipit "prologus in partem secundam, Quicunque sapientiæ sive scientiæ studet."

Sequuntur capitula, et desin. tit. part. ii. "Incipit pars secunda continens allegoriarum et tropologiarum mysteria secundum precedentis hystoriæ dispositionem ordinata."

Incip. cap. i. "In principio creavit Deus celum et terram. Celum significat summa."

Desin. cap. ult. de commissura et vestimento de utribus et vino, "quam largitur incommutabiliter et summe bonus Deus. Amen."

In calce, "Explicit liber exceptionum magistri Rikardi canonici Sancti Victoris Parisiacensis."

290.

Codex membranaceus, in folio, ff. 112, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 1333.]

S. Hieronymi Commentarius super Isaiam prophetam, cum prologo.

Tit. "Incipit explanatio Sancti Iheronimi presbiteri in Ysaiam prophetam."

Exstat inter opera, ed. Vallars. tom. iv. col. 1.

In calce, "Explicit liber octavus explanationum Sancti Iheronimi presbiteri in Ysaiam prophetam."

Sequuntur versus rhythmici circiter sexaginta quinque contra Simoniacos auctore Petro [Mauricio forsan Venerabili]; incip.

"Signat musa Petri varii narramina metri,
Quid sit fatalis contagio Symonialis."

291.

Codex membranaceus, in folio, ff. 153, sec. xiii., binis columnis nitide exaratus; [ol. 1327.]

1. Anonymi cujusdam Postillæ super S. Matthæi evangelium, cum prologo. fol. 1.

Incip. prol. "Fecit Deus duo luminaria;" etc. "Per firmamentum celi satis eleganter sacra scriptura."

Incip. post. in Hieronymi prologum, "Evangelio Mathei Ieronimus premittit proemium et hec est continentia proemii."

Incip postil. in textum; "Liber generationis;" etc. "Ecliptica est oratio et indiget supplemento."

Desin. "quia in presenti vobis exhibita presentia Divinitatis et quasi arra future mercedis."

2. Postillæ super S. Marci evangelium. fol. 92.

Incip. prol. "Vidi et ecce quatuor quadrige, etc. Hujusmodi visionem revelavit Dominus Zacharie."

Incip. postil. in Hieron. prol. "Quatuor sunt;" etc. "Expositione evangelium Marci."

Incip. postil. in textum, "Initium evangelii; etc. Marcus ut operi et generi suo auctoritatem prebeat."

Desin. "Marcus large inferius, scilicet, a predicatione Iohannis. De hoc habes glosam. Nota quod Marcus."

292.

Codex membranaceus, in folio, ff. 263, sec. xv., binis

columnis bene exaratus; quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1154.]

Johannis de Turre-Cremata Cardinalis S. Sixti commentarius super S. Benedicti Regulam, cum Arsenii epistola et responsione.

Defic. in cap. cxlviii. verbis, "illi conjuncti sunt, ejus presumptionem, rebellionem;" ut in edit. Colon. 1575, p. 285, col. 2, l. 12.

Præcedit capitulorum tabula numero clii.

293.

Codex membranaceus, in folio, ff. 216, sec. xiii. ineuntis; binis columnis bene exaratus; quondam eccl. B. M. in Ebirbach; [ol. 1138.]

Glossæ super S. Pauli epistolas quatuordecim ex SS. Ambrosii, Augustini et Haimonis scriptis præcipue collectæ.

Incip. prol. "Ambrosius; Principia rerum requirenda sunt prius, ut earum notitia plenius possit haberi."

Incip. gloss., "Paulus," etc. "Huc usque enim pendet littera ut proficiatur sententia."

Desin. ult. "Gratia, id est, purgatio peccatorum et alia Dei munera sit cum omnibus nobis, Amen."

In calce, versus de rectoribus Eccl. de Ebirbach,

"Utilis ecclesie sancte famulando Marie,
Exstitit Herwicus anime vitiis inimicus,
Post hec Laupisse, lector cognosce, fuisse
Ipsum rectorem talem, nec amavit honorem,
Nunc hic in hac fossa requiescunt illius ossa
Spiritus in celis ope letus sit Michahelis."

294.

Codex membranaceus, in folio, ff. 106, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 763.]

Eusebii Historia Ecclesiastica, libris undecim digesta, ex interpretatione Rufini, prævia ipsius Rufini præfatione.

Tit. "Incipit prefatio Rufini viri clarissimi in ecclesiasticam hystoriam Eusebii Cesariensis."

Consentit quoad initium et finem cum editt. impress.

In calce, "Explicit hystoria ecclesiastica Eusebii Cesariensis episcopi."

295.

Codex membranaceus, in folio, ff. 139, sec. xiii. ineuntis; [ol. 1518.]

Libri Maccabæorum duo, Rabani Mauri commentariis penitus illustrati, præviis epistolis duabus titulisque solitis.

Exstant impress. inter opera, tom. iv. p. 380.

In calce, "Explicit liber secundus Machabeorum versus habens mille octingentos."

296.

Codex membranaceus, in folio, ff. 162, sec. xv. exeuntis; binis columnis nitide exaratus; anno 1480 peculium Willelmi Sellyng, monasterii S. Augustini prope Cantuariam abbatis, postea ejusdem abbatiæ; [ol. 1157.]

1. Johannis Waldeby Eboracensis Itinerarium Salutis, sive Tractatus de Oratione Dominica. fol. 1.

   Incip. "Pater noster," etc. "Hec epistola est supplicatoria et dividitur in tres partes."

   In calce, "Explicit Itenerarium Salutis feliciter."

2. Ejusdem expositio super salutatione Angelica, cum prologo. fol. 37 b.

   Incip. prol. "Vas electionis; Paulus doctor gencium."

   Incip. expos. "Ave Maria," etc. "Hic ponitur aliquid plus quam quod Angelus."

   In calce, "Feliciter finit opus."

3. Ejusdem expositio super Symbolum Apostolorum, cum epistola ad Thomam, abbatem de S. Albano, et prologo. fol. 57.

   Tit. "Incipit simbolum fratris Johannis Waldeby, ordinis heremitarum."

   Incip. epist. "Cum in loco Sancto Tynnemouth, ubi regis et martiris Oswini."

   Incip. prolog. "Credo, Domine;" etc. "Consideranti et eciam superficialiter."

   Incip. expos. "Iste articulus repellit tres errores."

   In calce, "Super simbolum fidei secundum fratrem Joh. Waldeby exposicio feliciter finit; Deo gracias."

4. Expositio in istud Ps. cxviii. 'Septies in die cadit.' fol. 81 b.

   Incip. "Scribitur Ecclesiast. xxxiii. sic, Contra malum bonum est."

5. Johannes Nyder, Ord. Prædicat. Manuale Confessorum. fol. 85.

   Tit. "Eximii sacre theologie professoris fratris Johannis Nider, ordinis Prædicatorum, Manuale Confessorum ad instruccionem spiritualium pastorum."

   Incip. "Quoniam juxta beati Gregorii in sua Pastorali sentenciam."

   Exstat impress. Paris. 1473, et alibi.

   In calce, "Manuale Confessorum ad spiritualium pastorum instruccionem feliciter finit."

   Sequitur tabula capitulorum, ad cujus calcem, "Huic libello calamus felices dedit exitus, prandez en gre."

6. De articulis symboli. fol. 129.

   Incip. "Omnes articuli secundam quosdam 14 esse dicuntur."

7. Notabilia et Legenda varia. fol. 135.
Incip. "In historia Antiocena recitatur de illo Sancto Patre."
Desin. cap. ult. "coram cano capite consurge et honora personam senis."
8. Versus Johannis M. de vini virtutibus. fol. 162
Incip.
"Ausculta care volo versibus hic reserare."
Versus finem scribit auctor,
"De Gloucestre ducis reverende receptor aveto,
Ac in honore crucis Christi mea metra videto."
In calce, "Prandez en gre."

297.

Codex membranaceus, in folio, ff. 160, sec. xii. exeuntis; binis columnis bene exaratus; [ol. 1159.]

Rabani Mauri, archiep. Moguntiensis, Expositio super S. Matthæi evangelium, libris octo concinnata; cum prologo ad Haistulfum et capitulorum tabulis.

Tit. "Rabani Mauri expositionis in Matheum liber primus incipit."

Exstat impress. inter opera, tom. v. p. 1.

Præmissa sunt "Evangelia secundum Matheum legenda in festivitatibus Sanctorum seu in vigiliis per anni circulum;" quibus succedit epistola Hieronymi ad Damasum de canonibus.

298.

Codex membranaceus, in folio, ff. 191, sec. xv., binis columnis exaratus; in calce mutilus; [ol. 1027.]

Johannis de Tambaco, ord. Præd. de consolatione theologiæ libri quindecim, cum prologo, præfatione et tabula.

Tit. i. "Incipit prologus in librum de consolatione theologie fratris Johannis de Tambaco, ordinis Predicatorum, provincie Theutonie, sacre theologie professoris."

Incip. prol. "Quoniam autem secundum hoc ipse apostolus nobis insinuat."

Exstant, sed abbreviati, impress. [Moguntiæ, Schoiffer, circ. 1468,] et alibi.

Defic. in lib. xv. cap. 5 verbis, "nives si flumen effugeris, impetet te gladius"——

Incip. præf. "Cum humanum genus post lapsum primorum parentum."

Incip. opus, "Capitulum primum continens consolaciones super carencia mundane felicitatis et super infelicitate et miseriis. Primo itaque principaliter quatuor tristibus predicte domine."

299.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 493, sec. xv. ineuntis, binis columnis bene exaratus; quondam Thomæ Kimbould, postea Ricardi Sims; [ol. 902.]

Breviarium secundum usum quendam Anglicanum, ecclesiæ forsan S. Augustini Cantuariensis.

In medio codicis insertum est kalendarium, ubi notatur in margine mensis Maii obitus Ricardi Londoniensis et in pagina sequenti, "Nota quod yconimi ecclesiæ de Langton tenentur offerre die Sancte Edburge apud Biscettur," sive ut infra rescripsit manus recentior, "Bursestur xii. d."

In rubrica quoque Collectæ in die S. Wenefridæ virginis præfixa additur nota, pars scilicet rubricæ, "Non Sarum sed Provinciale Cantuariense;" fol. 469.

300.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 238, sec. xii. exeuntis; binis columnis bene exaratus; quondam H. Elsynge, jun.; [ol. 907.]

S. Hieronymi presbyteri, sive cujuscunque sit, Breviarium in Psalterium, cum præfatione.

Tit. "Incipit præfatio expositionis Psalmorum Sancti Ieronimi presbiteri."

Exstat impress. inter opera, edit. Vallars. tom. vii. App. col. 1.

In calce, "Beatissimi Ieronimi presbiteri tractatus super librum Psalmorum explicit."

301.

Missale secundum usum Herbipolensem, liber impressus [an. 1479] et in Catalogo librorum impressorum recensitus.

302.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 266, sec. xv. ineuntis, binis columnis bene exaratus, et quoad literas initiales marginesque bene coloratus; [ol. 903.]

Missale secundum usum, ut videtur, Sarisburiensem, præmisso kalendario.

Rubrica prima est, "Omnibus dominicis per annum post primam et capitulum fiat benedictio salis et aque, nisi in festis dupplicibus et in dominica in Ramis Palmarum a sacerdo-ebdorario albas capa serica rubea induto."

In ordine faciendi sponsalia legitur "Wyth this ryng I the wedde and this golde and sylver I the gyffe and wyth al my body I the worschyp and wyth al my worldely catel I the honour."

303, 304.

Liber impressus de libertatibus ecclesiæ Gallicanæ, in duobus tomis, Paris. 1639; hodie in Catalogo librorum impressorum recensitus.

305.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 151, sec. xii., binis columnis exaratus; mutilus; [ol. 898.]

SS. Patrum diversorum Homiliæ Dominicales plures, ut sequuntur,

1. [Homiliæ fragmentum in Natale Domini]. fol. 1.
Incip. in verbis, "—in ascensione. Pie enim Christus ad Patrem ascendit et pie implevit."
Desin. "sin nullum prestolatur habere finem."

2. S. Gregorii papæ I. in istud "Erunt signa in sole;" etc. fol. 1 b.
Exstat impress. in Bibliotheca Patrum Concionat. tom. i. p. 12.

3. S. Augustini Sermo de Adventu. fol. 3 b.
Ibid. nonnullis variis, tom. i. p. 10.

4. S. Gregorii Homilia in istud, "Cum audisset Johannes;" etc. fol. 4 b.
Ibid. tom. i. p. 44.

5. S. Augustini homilia de Adventu. fol. 6 b.
Ibid. tom. i. p. 11.

6. Bedæ homilia in, 'Missus est angelus Gabriel.' fol. 8.
Incip. "Exordium nostræ redemptionis."

7. Ejusdem in istud, "Exurgens Maria abiit." fol. 11.
Incip. "Lectio quam audivimus."

8. S. Gregorii homilia in istud, 'Anno xv. imperii;' etc. fol. 15 b.
In Bibl. Concion. tom. i. p. 89.

9. Ejusdem in istud, 'Miserunt Judei;' etc. fol. 20 b.
Ibid. tom. i. p. 73.

10. Sermo S. Augustini ante Natale Domini. fol. 22 b.
Incip. "Vos inquam convenio, O Judei."

11. [S. Augustini] Sermo de Natali Domini. fol. 25.
Ibid. tom. i. p. 168.

12. Origenis in istud, 'Cum esset desponsata.' fol. 27.
Ibid. tom. i. p. 99.

13. Bedæ sermo unde supra. fol. 29 b.
Incip. "Nativitatem Domini et Salvatoris."

14. Lectiones in Natale Domini Jhesu Christi. fol. 32.

15. Sermones S. Augustini quatuor de Natali Domini. fol. 33.
Incip. i. "Omnes Scripturæ, quas nunc audivimus, fratres karissimi, leticiam nobis."

16. S. Gregorii sermo in istud, "Exiit decretum." fol. 37 b.
In edit. cit. tom. i. p. 231.

17. Bedæ homilia in istud, 'Pastores loquebantur.' fol. 38 b.
Incip. "Nato in Bethlehem."

18. Ejusdem in istud, 'In principio erat Verbum.' f. 41.
Ibid. tom. i. p. 348.

19. S. Augustini sermo in Natale S. Stephani. fol. 44 b.
Ibid. tom. i. p. 384.

20. S. Hieronymi in istud, 'Dicebat Jesus turbis.' f. 46.
Ibid. tom. i. p. 364.

21. Lectio in die S. Johannis Evangelistæ. fol. 47 b.

A 22. Bedæ sermo in 'Dixit Jesus Petro.' fol. 49.
Ibid. tom. i. p. 418.

23. S. Augustini sermo in Natale Innocentium. fol. 52 b.
Incip. "Zelus quo tendat."

24. Bedæ homilia in istud, 'Angelus Domini apparuit in somnis,' etc. fol. 54.
Ibid. tom. i. p. 453.

25. Sermo de circumcisione Domini. fol. 56.
Incip. "Circumcisio Domini nostri Jhesu Christi sicut et mors."

B 26. Bedæ sermo unde supra. fol. 58 b.
Ibid. tom. i. p. 491.

27. Lectiones in Epiphania Domini. fol. 61 b.

28. S. Augustini sermo de eadem. fol. 63.
Incip. "Nostis, fratres karissimi, quia dies iste."

29. S. Gregorii Magni sermo unde supra. fol. 65 b.
Ibid. tom. i. p. 581.

30. Origenis sermo in istud, 'Erant Joseph et Maria,' etc. fol. 68.
Ibid. tom. i. p. 463.

C 31. Bedæ in istud sermo, 'Ibant parentes Jhesu.' f. 71 b.
Incip. "Aperte nobis est fratres."

32. Origenis sermo in Dominicam III. post Epiphaniam. fol. 75.
Ibid. tom. i. p. 740.

33. Sermo de Adam in Septuagesima. fol. 77.
Incip. "Multos scimus, fratres."

34. S. Gregorii sermo unde supra. fol. 78 b.
Ibid. tom. i. p. 793.

D 35. Sermo de Adam in Sexagesima. fol. 81.
Incip. "Devotum sudo solvere."

36. S. Gregorii sermo unde supra. fol. 82 b.
Ibid. tom. i. p. 814.

37. Sermo de Abraham. fol. 84.
Incip. "Modo cum divina lectio."

38. S. Gregorii sermo unde supra. fol. 85 b.
Ibid. tom. i. p. 828.

E 39. Ejusdem sermo in Quadragesima. fol. 87 b.
Ibid. tom. ii. p. 201.

40. [S. Maximi] sermo unde supra. fol. 89.
Ibid. tom. ii. p. 178.

41. Bedæ sermo in istud, 'Egressus Jhesus secessit in partes.' fol. 90 b.
Ibid. tom. ii. p. 309.

42. Sermo in Dominica II. Quadragesimæ. fol. 92 b.
Incip. "Multi quidem confligunt venti."

F 43. S. Chrysostomi de muliere Chananea sermo.
Incip. "Congregati sunt adversarii in unum."

44. Bedæ sermo in Dominica III. Quadragesimæ. fol. 96 b.
Ibid. tom. ii. p. 615.

45. S. Chrysostomi sermo unde supra. fol. 99.
Incip. "Quotiens vobis, karissimi."

46. Sermo de Jacob. fol. 100.
Incip. "In beato Jacob, fratres."

47. Bedæ sermo in istud, 'Abiit Jhesus trans mare Galileæ.' fol. 101.
Ibid. tom. iii. p. 37.

48. De decem plagis Ægypti sermo in Dominica IV. Quadragesimæ. fol. 104.
Incip. "Non est sine causa, fratres."

49. S. Gregorii papæ I. in istud, 'Quis ex vobis arguet me de peccato.' fol. 105 b.
Ibid. tom. iii. p. 270.

50. Sermo in Dominica quinta Quadragesimæ. f. 107 b.
Incip. "Audivimus fratres quod cum sub arbore."

51. Bedæ sermo in Dominica in Ramis Palmarum. fol. 110.
Ibid. tom. iii. p. 407.

52. Ejusdem sermo in istud, 'Ante diem festum Paschæ.' fol. 112 b.
Incip. "Scripturus evangelista Johannes."

53. Hieremiæ Lamentatio. fol. 115 b.

54. Sermo de passione Domini de psalmo lxiii. fol. 116.
Incip. "Exaudi Deus orationem."

55. Lectiones in Parasceue. fol. 117.

56. Sermo de passione Domini, de psalmo lxiii. fol. 118.
Incip. "Intendite parum ergo erat Dominum."

57. S. Gregorii sermones octo in Evangelia totidem. fol. 121.
Exstant impress. inter opera, tom. i. coll. 1560, 1612, 1586, 1626, 1462, 1480, 1472, 1476.

58. Sermo in dedicatione ecclesiæ. fol. 142 b.
Incip. "Quotiescunque, fratres karissimi, dedicationem templi."

59. Bedæ sermo in istud, 'Non est arbor bona.' f. 143 b.
Incip. "Quia propitia divinitate."

60. Ejusdem sermo in istud, 'Descendens Jhesus de monte.' fol. 148.
Incip. "Electurus apostolos, Dominus."

61. Sermo in istud, 'Videns Jesus turbas.' fol. 150 b.
Incip. "Si quæritur quid significet."

62. Carmen de Ahasuero rege, Hester et Mardocheo, versibus circiter ducentis comprehensum. f. 151 b.
Incip.
"Spiritus alme Dei descendens cardine cœli,
Spiritus alme veni nostre conjungere menti."
Desin.
"Qui nos perversa studuit pervertere lingua,
More venenosis qui serpit morsibus anguis."

306.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 159, sec. xii., binis columnis exaratus; mutilus; [ol. 1417.]

1. Sermones super Evangelia, seu lectiones Evangelicas, a feria iv. post Pascha ad vigesimam quartam post Pentecosten. fol. 2.
Incip. i. in verbis, "— et iterum, Videbitur Deus Deorum in Syon."
Serm. ii. est Gregorii et exstat impress. in Combefis. Bibl. Concionat. tom. iv. p. 181.
Auctores præcipui sunt Gregorius et Beda; alii tamen sermones sunt ex SS. Ambrosii, Origenis, Hieronymi et Chrysostomi operibus excerpti.
Præmissum est fragmentum legendæ in festivitate S. Petri ad Vincula.
Ult. est Bedæ in istud, "Loquente Jhesu ad turbas," et incip. "Ecce vir venit cui nomen erat Jairus."

---

2. Sermones quatuor de S. Resurrectione. ff. 116, 121.
Tit. "Sermones de resurrectione Domini, quorum primus, videlicet Exulta, superius infra omelias habetur."
Incip. "Beneficia Dei nostri cum magna."

3. Eusebii Emeseni sermones duo unde supra. ff. 119 b, 122 b.
Incip. "Hodiernæ diei sacrosancta sollempnitas."

4. Sermo Maximi episcopi in majori Litania. fol. 123 b.
Incip. "Legimus in prophetis."

5. Sermones Leonis papæ duo in ascensione Domini. fol. 124 b.
Incip. "Post beatam et gloriosam."

6. Origenis sermo in Dominica prima post Pentecosten. fol. 127.
Incip. "Historia nobis recitata est."

7. S. Augustini sermo de David et patre ejus Ysai. fol. 135.
Incip. "In scripturis divinis."

8. Ejusdem sermo 'de divite cujus ager uberes fructus attulit, et de divite, qui induebatur purpura et bisso.' fol. 136 b.
Incip. "Si diligenter adtenditis."

9. Ejusdem sermo de plaga Dei. fol. 138.
Incip. "Cum regum lectio legeretur."

10. Ejusdem sermo de judicio Salomonis et duabus meretricibus. fol 138 b.
Incip. "De duabus meretricibus, dilectissimi."

11. Ejusdem sermo de beato Helia. fol. 139 b.
Incip. "In lectionibus que nobis."

12. Ejusdem sermo de David. fol. 141.
Incip. "Videamus, fratres."

13. Leonis papæ I. sermones tres in feria quarta, et sexta, et sabbato, septimi mensis. fol. 143 b.
Incip. "Predicationem nostram."

14. S. Augustini sermones duo in dedicatione Ecclesiæ. fol. 147.
Incip. "Decorem domus Domini."

15. Leonis papæ sermo unde supra. fol. 150 b.
Incip. "Beatos apostolos sermo."

16. Sermo de natali Domini. fol. 151 b.
Incip. "Omnibus quidem diebus."

17. S. Augustini sermo unde supra. fol. 153 b.
Incip. "Hodie, fratres karissimi."

18. S. Maximi sermones duo unde supra. fol. 154 b.
Incip. "In adventu Dominico."

19. Sermones tres de S. Stephano. fol. 156.
Incip. i. "Hesterno die natalem."

20. Sermones duo de SS. Innocentibus. fol. 157 b.
Incip. i. "Christo igitur secundum prophetie fidem."

21. Leonis papæ sermo de epiphania Domini. fol. 159.
Incip. "Dies, dilectissimi, quo primum."
Defic. in verbis, "Serit discordias, accendit iras, incitat lin——"

A

B

307.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 137, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam 'liber monasterii Ebirbacensis;' [ol. 899.]

1. Tractatuli quidam theologici. fol. 1.
Incip. "Miro modo misterium quod fidelibus amor abscondit."
Tituli sunt, 'Maria desponsata fuit Joseph septem de causis;' 'De dilectione Dei;' 'Magister Petrus de eodem;' in istud, 'Diligite inimicos vestros;' etc.
Defic. in verbis, "Adonydem qui legitur fuisse mortuus con"——

C

2. Glossæ super capp. vi.—xvii. Tit. VI. lib. I. Sexti Decretalium; initio mutil. fol. 14.
Incip. in verbis, "Senciens confirmationi sue electionis peteret, unde super istis tribus præmissis."

D

3. Ejusdem Libri Sexti lib. i. tit. i. et tit. vi. cap. 3, pagina prima solum glossata. fol. 23.
Incip. glossa, "Quoniam natura rerum."

4. Ejusdem libri tituli varii, cum glossis. fol. 25.
Incip. a tit. vi. lib. i. cap. 17, "*Fundamentum;* Hoc decretum loquitur de electione."

5. Ejusdem liber Sextus, cum proœmio, glossis marginalibus penitus instructus. fol. 51.
Incip. gloss. "*Sacrosancte;* Hec epistola dividitur in quatuor partes."

E

In calce, "Explicit liber Sextus Decretalium, Deo gracias."
Titulorum plurium, eorum scilicet qui non glossantur, verba solum initialia occurrunt.
Desin. in comment. super Tract. De Regulis Juris, "de privilegiis quanto et xiiii. 9, iii. plerique; Jo. Card."

6. Anonymi cujusdam glossa super Sexti Decretalium librum quintum. fol. 113.
Incip. "De homicidio; Dicto de peccantibus in Deum directo ut de hereticis et scismaticis."

F

7. Ejusdem libri tituli alii, cum glossis. fol. 119.
Incip. text. a lib. i. tit. vi. cap. 1; glossa tamen in lib. i. tit. viii. cap. 1, "Romana; Hoc decretum habet tria dicta."
Defic. in verbis lib. v. tit. xii. cap. 1, "Per illa verba privilegii, in speciales"——

308.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 234, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; quondam monasterii de Rupe apud Belgas; [ol. 896.]

S. Augustini in Psalmos ci—cl. inclusive expositio.
Tit. "Aurelii Augustini, Yponensis episcopi, oratoris egregii, tractatus primus de psalmo centesimo primo incipit et totius expositionis psalterii pars tertia."
Exstat impress. inter opera, tom. iv. col. 1091.
In calce, "Aurelii Augustini, Yponensis episcopi, tractatus de psalmo centesimo quinquagesimo explicit."

309.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 185, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 895.]

S. Augustini in psalmos quinquaginta priores expositio.
Tit. "Incipit Aurelii Augustini Yponensis episcopi oratoris egregii tractatus de psalmo primo et tocius exposicionis Psalterii pars prima."
Defic. in verbis expos. in psalm. l. "valde perniciose sentit filius patris leni"—— inter opera, tom. iv. col. 474, F. 2.

310.

Codex membranaceus, in folio, ff. 162, sec. xii., binis columnis bene exaratus; quondam eccl. S. Mariæ de Fontibus; [ol. 646.]

Hugonis de S. Victore Opus de Sacramentis, cum prologis, in libros duos distinctum, quorum prior duodecim, alter octodecim clausulas seu partes, continet.
Tit. "Incipit prologus libri magistri Hugonis de Sacramentis ab initio usque ad finem in unam seriem dispositis ad secundam eruditionem sacri eloquii."
Exstat impress. inter opera, ed. Venet. 1588, tom. iii. fol. 218.
In calce, "Explicit pars octava decima."

311.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 267, sec. xv., binis columnis bene exaratus; [ol. 901.]

Gulielmi Durandi Opus quod dicitur, Rationale Divinorum Officiorum, in partes septem distinctum.
Exstat sæpius impressum.
In calce, "Explicit Rationale Divinorum Officiorum."

312.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 69, sec. x. exeuntis; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 802.]

Venerabilis Bedæ Commentarius super Actus Apostolorum.

Tit. "Expositio Bede in Actus Apostolorum."

Præcedit epistola ad Accam episcopum.

Defic. in verbis prope ad finem commentarii, "ultimo ejus imperii anno martirio coronatus est."

313.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 38, sec. xiv., quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1381.]

[Thomæ,] abbatis Vercellensis, sive cujuscunque sit, commentarius super Cantica Canticorum.

Titulus, quem una cum foliis quatuor supplevit manus aliquantulum recentior, est, "Postilla Verzellensis abbatis super Cantica Canticorum."

Incip. "In hoc glorietur," etc. "Duplex designatur hic Dei cognicio, una intellectualis."

Desin. "sponsa consummat in qua perpetuo perseveret."

Consentit quoad initium et finem cum exemplari hodie in Coll. Ball. servato, sed differt a commentario a Pezio in lucem prolato.

Præcedit fragmentum operis capitula quædam, de Alleluia, de crismate, etc. exhibentis, desin. in verbis cap. de pœnitentia, "nunquam descendet in infernum sed cum angelis elevatus in celum."

314.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 155, sec. xv., bene scriptus; quondam Johannis Leigh; [ol. 1279.]

Johannis Wycliffe Commentarius super Evangelia, quæ in Dominicis leguntur per annum; *Anglice.*

Tit. i. "Homo quidam erat dives, qui induebatur purpura et bisso . Dominica i. post Trinitatem."

Incip. "Crist telles in his parable how richesse bene perelus. For lightly wil a riche man use hem into mych lust."

Desin. expos. in die Trinitatis, "and syien that he ende in fulnesse of charite, and than his lif is saumpilid eftir the Trinite."

Sequitur, "Expositio textus Mathei xxiii. capitis; Ve Ve octiplici Scribis Phariseis et ypocritis imprecato."

Incip. "Crist biddith vs be war wit the fals prophetis that comen in clothing of schepe."

Des. "and put vs nouȝt in straunge perelis that we have no nede to trete."

315.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 193, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1055.]

1. SS. Patrum et Eremitarum variorum vitæ ex Legenda Aurea præcipue collectæ. fol. 1.
   Præcedit expositio missæ, incip. "Anicetus qui caput cooperit."
   Incip. vita S. Andreæ, "Episcopus quidam religiosam agens vitam."
   Ult. vita est, 'Erasmi martyris,' incip. "Facta est persecutio magna Christianorum."
2. Narrationes de miraculis variis. fol. 82 b.
   Incip. "Miles quidam sceleratissimus."
3. Vita S. Odiliæ virginis. fol. 83 b.
   Incip. "Temporibus igitur Hilderici."
4. De S. Pelagia. fol. 87 b.
   Incip. "Legitur quomodo concilium episcoporum Antiochie colligitur."
5. Anecdota de vitis Sanctorum; [imperf.] fol. 88.
   Incip. "Monialis quedam cum pernoctavit."
6. Auctoritates ex variis SS. Patribus. fol. 92.
   Incip. "Bernardus; Rector debet esse mundus."
7. Visio Tundali Hibernici. fol. 93.
   Tit. "Visio cujusdam militis Hyberniensis nomine Tungdali ad edificationem nostram scripta."
   Incip. "Quidam vir nobilis;" [cf. Vincent. Bellovac. Speculum Historiale, lib. xxvii. capp. 88, seqq.]
8. Disputatio corporis et animæ, [Waltero Mapes fere adscripta.] fol. 97.
   Tit. "Incipit disputatio corporis et anime que est valde miserabilis."
   Exstat inter W. Mapes Poemata Latina, ed. Wright, 1841, p. 95.
9. Sermones breves et anecdota. fol. 98 b, *et passim.*
10. Vita S. Patricii, fol. 100 b.
    Incip. "Sanctus Patricius, genere Briceus."
11. Narrationes breves de variis Sanctis. fol. 103.
    Incip. "De Sancto Urbano. Urbanus Kalixto pape successit."
12. Soliloquium S. Augustini. fol. 116.
    Incip. "Nunc adesto mihi Deus."
    Cf. Speculum ejusdem inter opera, tom. vi. Append. col. 145. impressum.
13. Miracula, et Anecdota. fol. 117 b.
    Incip. "Miraculum bonum;" et in margine, "Marine virginis; Erat quidam secularis habens unicam filiam."
14. De quindecim signis judicii diem præcedentibus. fol. 124 b.
    Incip. "Iheronimus in annalibus Hebreorum."
15. Auctoritates et anecdota. fol. 124 b.
    Incip. "Mors perimit et non extinguit."
16. Interrogationes ad episcopos, canonicos, parochiales, etc. fol. 135 b.
    Incip. "Si episcopus non est baptizatus."
17. Miracula alia. fol. 139 b.
    Incip. "Miles quidam potius valde."
18. De septem peccatis criminalibus. fol. 145.
    Incip. "Vidi mulierem sedentem."

19. Miracula S. Thomæ Cantuariensis et alia. fol. 153 b.
Incip. "Cum igitur clerici requiem."
20. De septem vitiis, de decem præceptis, etc. fol. 155.
21. De S. Elizabetha. fol. 159.
Incip. "Sancta Elyzabet viciorum exstirpator."
22. Vita S. Brandani. fol. 165 b.
Incip. "Sanctus Brandanus erat vir magne abstinencie."
23. De S. Maria Magdalena. fol. 175 b.
Incip. "Maria interpretatur amarum mare;" ut in Aur. Leg.
24. De x. mille virginibus. fol. 170.
Incip. "Undecim milium virginum."
25. De S. Basilio episcopo. fol. 179.
Incip. "Basilius, venerabilis episcopus."
26. De S. Christina virgine. fol. 180 b.
Incip. "Christina nobilissima parentibus."
27. Sermo in dedicatione ecclesiæ. fol. 181.
Incip. "Dedicatio ecclesie inter alias."
28. Miracula de S. Andrea, et alia. fol. 184.
Incip. "Quidam juvenis Christianus."
29. Auctoritates. fol. 187.
Incip. "August. Quid potuit major esse Dei misericordia."
30. Vita S. Margaretæ, auctore Theotimo, cum auctoris prologo. fol. 191.
Tit. "Incipit prologus Theothimi."
Incip. prol. "Post resurrectionem Domini."
Incip. passio, "Beatissima autem Margareta erat."
31. De oratione Dominica. fol. 193.
Incip. "Dominus noster Jesus Cristus pro salute nostra."
32. De S. Thoma Cantuariensi. fol. 193 b.
Incip. "Sanctus Thomas Canthuariensis in adolescentia sua castissimus fuit."

316.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 92, sec. xii. exeuntis; quondam liber M. Edwardi Lupton ex dono Ricardi Hawkyns, pannarii London., postea Antonii Wood; [ol. 1342.]

S. Gregorii Magni de Pastorali cura libri quatuor. Exstat inter opera, tom. ii. col. 1.
Præcedunt,
a. "Epistola beati Gregorii pape ad socios Augustini missa, ut quod bene inchoaverint, Deo auctore peragant."
b. Tabula capitum.
c. Prologus in libro Pastorum.

317.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 444, sec. xiv. ineuntis, binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1166.]

Anonymi cujusdam Sermones centum sex et octoginta festivales et in honore Sanctorum plurium.
Tit. i. "De Angelis in quo tractatur de nominibus officiorum Angelorum, et quomodo per hæc nomina angeli nos docent vivere in ecclesia."
Incip. "Factum est prelium," etc. "Habet Dominus duplicem familiam sibi omnino dilectam."
Ult. est, 'de virginibus; Quod Deus multum odit peccata et quia sic odit ideo diversimode punit et de quibusdam peccatis, que in presenti morte Deus punit.'
Incip. "Exibunt angeli;" etc. "Pugnant nunc mali."
Sequuntur sermones alii, qui vel in libro priori omissi sunt, vel extra numerum pro festis quibusdam ordinati.
Primus numero xi. insignitur, legendus "In die animarum; de diversis erroribus, quos habent quidam heretici circa statum mortuorum;" etc.

318.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 220, sec. xiii. exeuntis, binis columnis et duobus librariis exaratus, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1206.]

1. Sermones Dominicales in die Pentecostes et Dominicas xxv. sequentes. fol. 1.
Tit. i. "In Pentekosten."
Incip. "Spiritum Sanctum," etc. "Spiritus Sanctus qui in hac sollempnitate."
Desin. ult. "quin ornet se crinibus alienis."

2. Sermones Dominicales per totum anni circulum. fol. 65.
Incip. i. "In adventu Domini. Cum appropinquaret Jhesus;" etc. "Notandum quot illud evangelium deservit duabus Dominicis."
Desin. ult. "Ibi dicit Gregorius, Cor cum manibus levat, qui orationem suam operibus roborat, quod nobis prestare dignetur Jhesus Christus; Amen."
Sequitur, *manu altera*, expositio brevis de decem præceptis Domini.

319.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 102, secc. xiv. et xiii., binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1196.]

1. Gerardi Ullatensis, seu Vallatensis, episcopi, sive cujuscunque sint, Sermones super Psalmum "Miserere mei Deus." fol. 1.
Tit. "Sermones super psalmum Miserere mei Deus."
Incip. "Septem sunt defectus impellentes hominem ad querendam misericordiam Dei."
Sequitur tabula contentorum.

A 2. Expositio missæ. fol. 38.

Incip. "In virtute Sancte Crucis et Sacramento altaris magna est convenientia."

In calce, "Explicit exposicio Canonis. Finis adest operis mercedem nolo laboris."

3. [Bonaventuræ] Breviloquium in septem partes distinctum. fol. 43.

Tit. "Breviloquium pauperis in Scriptura."

B Exstat impress. inter opera, tom. vi. p. 5.

320.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 135, sec. xv. ineuntis; quondam domus S. Michaelis Carthusiensum prope Moguntiam; [ol. 1198.]

1. Bernardi, abbatis Clarævallensis, Formula honestæ vitæ ad fratrem suum. fol. 2.

C Exstat impress. inter opera, tom. ii. col. 794.

2. Gulielmi de Lancea, [seu Bonaventuræ], liber dictus, Diæta Salutis. fol. 7.

Exstat impress. inter Bonaventuræ opera, tom. vi. p. 285.

In calce, "Explicit vita vel dicta salutis edita a fratre Guillelmo de Lanicea equitanico de ordine fratrum Minorum."

3. Themata Dominicalia. fol. 116.

D Incip. "Abjiciamus opera;" etc. "In adventu magni regis et principis."

Desin. "quere in materia de castitate et luxuria per contrarium."

In calce, "Expliciunt themata Dominicalia."

Sequuntur, "Magna tabula et secunda diete salutis in quasdam divisiones membrorum cujuslibet capituli in qualibet dieta et sunt in universo ix. diete et capitula quinquaginta."

In calce, "Explicit magna tabula diete salutis."

E

321.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 278, sec. xv. ineuntis; [ol. 1195.]

[Ricardi Rolle de Hampole] commentarius in Davidis Psalterium, cum prologo; *Anglice*. fol. 1.

Incip. prol. "The Sauter. Greet haboundance of goostly counforte and joy in God."

F In calce, "Her endeth the prolok and binneth [*sic*] the book that is clepid the Sauter."

Incip. expos. "*Beatus vir*, etc. In this psalme firste he spekith of Crist and of his folweres."

Desin. in verbis expos. super Ps. cviij. "that pursuen hit, that is folowen hit to sle gostly fro God."

In calce, "Explicit psalterium usque Dixit Dominus."

322.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 98, sec. xv. ineuntis, quondam Ric. Pomerey, postea Andr. Cooke; [ol. 1183.]

1. Innocentii papæ III. de miseria humanæ conditionis liber. fol. 4.

Tit. "Innocentius tercius papa de miserabili humanæ condicionis egressu, de contemptu mundi et de multis et diversis aliis condicionibus."

Defic. in verbis, "gemitus et ululatus, stridor et cruciatus"—— inter opera, ed. Colon. tom. i. p. 450, l. 41.

2. Bernardi, abbatis Clarævallensis, Meditationes. f. 53.

Tit. "Hic incipiunt meditationes Sancti Bernardi, abbatis Claravall."

Inter opera, tom. ii. col. 319.

323.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 161, sec. xiv., partim binis columnis, nec una manu, exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 796.]

1. Liber de triginta gradibus scalæ cœlestis ex Johannis Climaci Scala Paradisi confectus, cum prologo. fol. 1.

Tit. "Incipit prologus sermonis seu libri de xxx. gradibus celestis Scale intellectualis sursum ducentibus Johannis Scolastici abbatis Montis Synai, a libro cognominati Climaci, climax enim Grece dicitur Scala latine."

Incip. prol. "Hiis qui in libro vite in celis describi eorum nomina volunt."

Tit. grad. i. 'Ex sermone seu libro supradicto. De abrenunciatione mundanorum et abnegacione et abdicatione vanitatis hujus vite, gradus primus."

Incip. "Recessus et abdicacio mundi est voluntarium odium."

Desin. ult. "major autem hiis caritas."

Sequitur, "Exhortacio ad ascensum scale sancte."

2. Sermones parvi Dominicales per annum. fol. 28.

Incip. "Exulta, filia Jerusalem;" etc. "In qua quatuor considerantur, primo quare istud evangelium."

3. Sermones de tempore. fol. 72.

Incip. "Hora est jam nos;" etc. "Notandum quod triplex est somnus, a quo est nobis surgendum."

Sequuntur, *manu altera*, quæstiones de diversis," incip. "Queritur quare in pronunciatione evangelii."

4. Versus viginti ex Regimine Scholæ Salernitanæ, incip. "Anglorum regi scripsit tota scola Salerni." fol. 154 b.

5. Sermones septem de diversis. fol. 155.
Incip. "Homo quidam fecit cenam," etc. "Presens evangelium in quinque dividitur."

324.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 81, sec. xv. ineuntis, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1042.]

1. De triginta gradibus scalæ cœlestis, ex Johanne Climaco. fol. 1.
Tit. "Incipit prologus libri;" ut in cod. superiori fol. 1.
2. Ex libello abbatis Isaaci Syri de accessu animæ ad Deum, qui creavit illam. fol. 17.
Incip. "Ex sermone primo. Animaque Deum diligit in solo."
3. Ex regula veræ vitæ de passione Domini. fol. 32 b.
Incip. "Eya, serve Dei, homo Dei."
4. Ex dictis Richardi (de S. Victore?) de contemplatione. fol. 41 b.
Incip. "Sancta anima et veri sponsi amica ad dilecti sui adventum."
5. Tractatus de modo vivendi secundum vitam activam et contemplativam. fol. 43.
Incip. "Secundum duplicem vitam."
6. De altitudine humilitatis. fol. 50.
Incip. "Ad videndum altitudinem."
7. De decem, quæ hominem disponunt, ut placeat Deo, etc. fol. 53.
Incip. "Ut homo possit amplius."
8. Ex Manuali S. Augustini. fol. 55.
Incip. "Quoniam in medio laqueorum."
9. Ex [Bonaventura] de Stimulo amoris, etc. fol. 58 b.
Incip. "Si vis intrare ad saporem."
10. S. Macarii epistola ad filios. fol. 61 b.
Incip. "In primis quidem si ceperit homo."
11. Correctiones Patrum. fol. 63.
Incip. "Anachorite etiam, quando sapientes."
12. De hiis, quæ nos merito inducere debent ad amorem Christi, etc. fol. 65.
Incip. "Dicit beatus Bernhardus, O anima attende."

---

13. Epistola magistri Henrici Kalkar de quotidiano holocausto. fol. 73 b.
Incip. "Si bonum est de foris per Scripturas haurire."
In calce, "Orate pro Ulrico fratre vestro."
14. Ex Cassiano de Institutis monachorum Egipti de psalmodia in choro. fol. 75 b.
Incip. "Cum sollempnitates."
15. Ex S. Basilio de castitate servanda. fol. 76 b.
Incip. "Vir prudens ab imprudente."
Sequitur, *manu altera*, tabula contentorum alphabetica.

A

325.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 47, sec. xiv. ineuntis, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1182.]

1. Expositio missæ. fol. 1.
Incip. "Opusculum de missa in duo dividitur."
Desin. "necnon verborum omnium canonis ejusdem exposicione; Amen."

B

2. 'S. Augustini Manuale.' fol. 28.
Incip. "Nunc adesto mihi, Deus meus."
Cf. Soliloquia ejusdem in vol. vi. Append. col. 2.
3. Soliloquium ad B. M. Virginem. fol. 33.
Incip. "O Maria sublime decus."
4. Bernardi abbatis Meditationes. fol. 33 b.
Inter opera exstant, tom. ii. col. 319.
In calce, "Expliciunt meditaciones beati Bernardi abbatis Clarevallis."

C

326, 328.

Codex chartaceus, in 4to, hodie in tomos duo distinctus, ff. 202 et 184, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1441 et 1472.]

Exercitia Curatorum Moguntiæ exscripta opera P. Jor. Breneysan, anno 1607.
Tit. i. "De exercitiis. Meditatio prima cujus finis excitare."
Tituli occurrunt alii,

D

a. Ratio exercitiorum nostris accommodata. p. 232.
b. Meditationes quæ fieri debent ante eas, quæ sunt de sacerdotio. p. 261.
c. De virtutibus Christi, quas vel docuit vel exercuit, et docuit simul. p. 334.
d. De virtutibus propriis. p. 366.
e. Meditaciones Moderatoribus Societatis accommodatæ. p. 395.
f. Distributio Meditationum in singulos anni dies. tom. ii. fol. 2.

E

g. Orandi modus ex libello Exercitiorum excerptus. fol. 33.
h. Meditationes ad tollenda vitia seu pravos animi motus. fol. 80.
i. De moderandis animi perturbationibus. fol. 127.
Desin. ult. "qui horas indicat et tempore plane concordat."

327.

F

Codex chartaceus, in 4to, ff. 407, sec. xvii. [ol. 803.]

Libri celebriores Hebraici et Chaldaici in linguam Latinam conversi, opera et studio Francisci Tayleri, eccl. de Clapham prope Londinum rectoris, in unum volumen compacti, A.D. 1640.
Sequuntur tituli,

1, Lamentationes cum paraphrasi Chaldaica, Masora magna et parva, et commentariis Rab. Shelomoh, Jarchi, et abb. Ezræ, prævia epistola *Heb. Lat.* ad

Guil. Laud, archiep. Cantuar., dat. Clapham, Prid. fest. Circumcis. 1633. fol. 3.

Exstat impress. Lond. 1651.

2. Targum Hierosolymitanum in quinque libros legis; cum præfatione ad eundem, dat. Clapham, Oct. 9. 1634. fol. 79.

Exstat Lond. 1649.

3. Targum prius in Estheram, seu Paraphrasis Chaldaica prior integra in linguam Latinam, cum præfatione; dat. 24 August. 1635. fol. 142.

4. Targum posterius in Estheram, cum præfatione, dat. 20 Jan. 1635. fol. 171.

5. Series precationum totius anni juxta usum Congregationum Sanctarum Germanarum, cum præfatione, dat. 1 Decemb. 1636. fol. 234.

"Impressa anno 357 manibus Johannis de Gera hic Venetiis."

6. Capitula Patrum collecta a Rabbi Nathane Babylonio, qui vixit anno Christi 130, in sermonem Latinum translata per Franciscum Taylerum anno æræ Christianæ 1637, cum præfatione, dat. Clapham, kal. Mart. 1637. fol. 333.

Impress. Lond. 1651.

329.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 89, sec. xv.; quondam liber [monasterii] S. Osythæ, [in Essexia?], utrimque mutilus; [ol. 797.]

Hymnarium, seu hymnorum collectio, ut in ecclesia cani solebant per anni circulum secundum usum ecclesiæ cujusdam S. Osythæ dicatæ, an monasterii ejusdem Sanctæ apud Cicam in Essexia; notis musicis instructum; initio mutil.

Incip. . . . . "lux celica fulget
Et melos angelicum concrepat aula poli."

Defic. in verbis,
"Fac partiri tecum leticiam recolentes,
tui memo"——

330.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 75, sec. xv.; [ol. 819.]

Regula monacharum; *Anglice;* initio mutil.

Incip. in Rubric.——"a mynchen schuld cutte her hert to God be the ȝeft of wisdom."

Capitulum primum, "How and in what wise a mynchen schuld make redy hir hert to God be the ȝeft of drede."

Incip. "Religious Sister, seuen informacions I rede in holy writ to teche a simple soule."

Desin. "of the godenes of God and siker possession of euerlasting blis. To the whiche blis and ioy that never schal haue ende, bryng us He that bougt vs on that rode tre, Amen."

In calce, "Syke in sorowe deeply
Wepe and morne sadly
Preye and thenk deuoutly
Love and long contynuely."

331.

Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 211, sec. xvii.; [ol. 1458.]

Theologia Moralis, opus sic dictum, et in libros quinque distinctum.

Tit. i. "Theologiæ moralis liber 1. De præceptis divinis quam humanis que omnes universim obligant."

Incip. "Cap. i. De præceptis in genere. Quest. i. De natura et obligatione præcepti. Dubium prima, Quid sit præceptum. Resp. Præceptum est imperium."

   Incip. "Deus omnipotens juste misericors;" ut in edit. cit. tom. ii. p. 285, qua cum, etsi hic illic in paucis consentit, tamen in pluribus, quam dispositione quam eventuum narratione, minime concordat.

   Capita numerantur xxii. quorum nonum decimum exstat impressum sub titulo, 'Historica Narratio,' inter Acta SS. mens. Mart. tom. iii. p. 138, capp. 1, 2.

   Desin. ult. "et omnino simplicibus, frequenter audivimus;" in edit. cit. p. 137, et in edit. Stevenson. p. 317.

3. Brevis relatio de Sancto Cuthberto et quomodo corpus ejus Dunelmum venerat, et excerpta de vita et miraculis ejusdem Sancti. fol. 117 b.

   Tit. i. "Quomodo ipse octennis puer per trimum infantem de constantia animi et episcopatu sit premonitus."

   Incip. "Venerabilis igitur Domini famulus Cuthbertus octavo suæ ætatis anno."

   Ad fol. 129 b, seqq. tria inveniuntur capitula, ex

Historia Translationis, ed. Stevenson, tom. ii. p. 311. A

Desin. post plura de Walchero, "erat enim de saphiro factus prefatus episcopus abstulit qui posito in castello militum presidio protinus abscessit."

Sequuntur,

a. Ad S. Cuthbertum oratio metrica. fol. 144.
Incip
"O decus Anglorum . titulis pollens meritorum."

b. Alia oratio. fol. 145 b. B
Incip. "Deus verax et pius."

c. Visio Bosonis. fol. 146 b.
Incip. "Tempore Willelmi episcopi fuit quidam militibus nomine Boso."

d. Epistola venerabilis Bedæ ad Johannem presbyterum, quomodo, dum vitam et miracula beati Cuthberti in lucem describendo proferret, linguam propriam meritis Sancti Cuthberti vinculis absolutam persenserit. fol. 148.
Incip. "Dici non potest, dilectissime." C

e. De loco nativitatis Bedæ, cum catalogo operum ejus annexo. fol. 149.
Incip. "Hec de ystoria ecclesiastica Britanniarum et maxime gentis Anglorum."

4. Vita et miracula gloriosissimi et sanctissimi regis Oswaldi 'sicut in libro ecclesiastico gentis Anglorum continetur.' fol. 152.
Incip. "Successores Eadwini, regis Anglorum, in apostasiam corruentes cum suæ gentis et fidei et regno." D
Desin. [cap. xi. et] ult. "natalicius dies missarum celebratione venerari, ad laudem et gloriam Dei," etc.

5. Vita S. Aidani, Lindisfarnensis ecclesiæ antistitis, 'sicut in tertio ecclesiasticæ hystoriæ gentis Anglorum libro continetur.' fol. 164.
Incip. "Est insula quæ vocatur Hii, cujus monasterium magno monachorum pollens examine."
Sequitur caput 'Item de S. Oswaldo;' incip. "Est in provincia Merciorum regia civitas quæ Gleucestria nuncupatur;" et desin. "perpetua cum illo beatitudine ditari; Amen." E

6. Nomina episcoporum Lindisfarnensis et Dunelmensis ecclesiæ, usque ad Hugonem, qui obiit circ. 1090. fol. 173.

492.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 65, sec. xiv., quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1199.] F

Henrici de Vrimaria, sive de Frimaria, Liber de perfectione Spirituali hominis interioris, sive Flores ex Johannis Cassiani Collationibus, in capita xxiv. distinctus, cum præfatione ad lectorem et prologo, necnon capitulorum tabulis.

Incip. præf. "In nomine Domini; Amen. Hec est intitulacio et continencia libri presentis, cujus titulus est liber de perfectione Spirituali hominis interioris. Istum librum pro honore Dei et edificacione legencium."

Incip. prol. "Quia multa predicabilia pulcra et utilia."

Incip. cap. i. lib. i. "De viii. viciis principalibus et eorum remediis. Quia menti rationali virtutes."

Desin. "pro eisdem gloriam eterne beatitudinis recepturi, Cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen."

In calce, "Explicit liber de perfectione interioris hominis studiose conceptus per magistrum Henricum de Vrimaria sacre theologie professor (*sic*) Ex libris collacionum et institucionum Sanctorum Patrum; pro cujus salute omnes divinam clemenciam humiliter supplicate, exorate, qui hujus libri usum habuerint."

Prope ad finem inseruit manus recentior chartas aliquot hymnum ad Virginem et moralia alia ex SS. Patribus exhibentes.

493.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 86, sec. xiii. exeuntis; quondam Carthusiensium, ut supra; [ol. 1205.]

1. S. Bernardi Meditationes. fol. 2.
Incip. "Dies hominis sicut umbra super terram sunt."
Exstant inter opera, tom. ii. col. 319, sed in codice caput ultimum in fronte omnium invenitur.
In calce, "Expliciunt Ber. meditaciones."
Sequuntur, De quindecim signis diei judicii; etc.

2. Ejusdem contemplatio super Horis passionis Domini nostri Jhesu Christi. fol. 11 b.
Incip. "Septies in die, etc. Rogasti me ut aliquem modum contemplandi in passione Dei."

3. Ejusdem de quatuor beneficiis a Deo specialiter concessis. fol. 16.
Incip. "Dilectionem tuam attentius deprecor."

4. Regulæ ex eodem variæ. fol. 16.
Incip. "Si vis esse perfectus, hec regulariter teneas."

5. Signa per quæ cognoscitur, si homo est in peccato mortali. fol. 23 b.
Incip. "Tria sunt signa."

6. Planctus B. Bernardi de passione B.M.V. fol. 23 b.
Incip. "O vos filie Jerusalem."

7. Sententiæ de amore Dei. fol. 27.
Incip. "Amor est vita omnium."

8. [Davidis de Augusta, ord. Minor. sive Bonaventuræ,] de reformatione interioris hominis. f. 28 b.
Incip. "In priori forma novitiorum;" ut in

Bibl. Patrum Colon. 1618, tom. xiii. p. 426; et inter Bonaventuræ opera, tom. vii. p. 595.

9. Ejusdem Bonaventuræ Formula Novitiorum, prævia tabula capitulorum et præfatione. fol. 46 b.

Tit. "Incipiunt capitula libelli primi de Exteriori homine et de disciplina Novitiorum;" et a manu recentiori "compositi a David."

Exstat impress. ibid. tom. xiii. p. 415; et inter Bonaventuræ opera, tom. vii. p. 652.

Præcedit capitulum de humilitatis exercitio, incip. "Ad exercitium humilitatis quinque prodesse possunt."

10. Ricardi [de S. Victore] tractatus de gradibus et perfectione caritatis. fol. 57.

Exstat impress. inter opera, ed. 1650, p. 355.

Sequuntur sententiæ ex S. Gregorio.

11. Heyrici, forsan Erici, seu Herrici, Autissiodorensis super istud, Beati pauperes, etc. sermo. fol. 64.

Incip. "Beata paupertas vera intelligitur humilitas."

In calce, Versus rhythmici, incip.

"Qui raro fatur . fatusque suos moderatur."

12. De Salomone, quod salvatus sit; de ligno crucis; de sermonibus dilatandis; etc. fol. 67 b.

Incip. "Iheronimus super Ezechielem scribit de edificio."

13. Expositio Symbolorum Apostolorum SS. Patrum et S. Athanasii ex Hugone et Ricardo de S. Victore, etc. fol. 70.

Incip. "Sic dicitur in Sententiis, Dupliciter accipitur fides."

Desin. "et sic terminatur istud symbolum."

In calce, "Explicit exposicio Symboli Anastasii."

14. Alani de Insulis, [seu Clementis Lanthoniensis,] libellus de expositione sex alarum Cherubin. f. 78 b.

Incip. "Prima ala est confessio; [cf. Bonaventuræ opera tom. vii. p. 684.]"

In calce, "Explicit tractatus Magistri Alani de vi. alis Cherubin."

15. Tractatus de arbore amoris. fol. 82.

Incip. "Aspiciebam et ecce," etc. "Quoniam omnis arbor, que non facit."

494.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 152, sec. xv., manu Italica nitide exaratus; [ol. 1188.]

S. Augustini Sermones xlvi. [ad Fratres in Eremo.]

Tit. i. "Sancti Augustini episcopi de lingua dolosa sermo primus incipit."

Exstant impress. inter opera, tom. vi. App. col. 335, sed haud eodem ordine dispositi.

Sermo in codice primus in edit. xxix. insignitur.

Sequitur sermo de obitu S. Augustini, incip. "Fratres mei et leticia cordis mei."

In calce, "Expliciunt sermones Sancti Augustini doctoris episcopi Ipponensis ejusdemque auctoris."

Sequuntur tituli.

495.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 106, sec. xiii. ineuntis; [ol. 1209.]

1. De natura Dei Omnipotentis. fol. 2.

Incip. "Omnipotens Deus Pater et Filius et Spiritus Sanctus unus est atque Trinus, unus videlicet in natura."

2. [Ricardi de S. Victore Benjamin Minor, seu opus de præparatione animi ad contemplandum.] f. 10.

Tit. "De xii. Patriarchis."

Præcedit tabula capitulorum.

3. Hugonis de S. Victore liber de archa Domini. f. 42.

Tit. "Incipit tractatus magistri Hugonis de archa Domini."

Exstat impress. inter opera, ed. 1648, tom. ii. p. 298.

Post verba, quibuscum in editione concluditur, sic in codice continuatur, "Breviter dicturus eram sed fateor vobis multa me loqui delectat, et erat adhuc quod dicerem, si vestrum fastidium non timerem. Nunc igitur arche nostre exemplar proponamus sicut promisimus, quid intus agere debeas, ut cum hujus exemplaris formam in corde tuo expresseris domum Dei in te edificatam esse leteris."

4. De Sacramentis. fol. 74.

Incip. "Sacramentum est sacrum secretum, utroque absistente vel alterutro."

5. Notabilia quædam de diversis theologicis, etc. fol. 74 b.

Incip. "Deus est ubique, non quia adsit omni loco, sed quia omnis locus adest ei."

Ad fol. 92 b, 'Hilarius in libro de Trinitate.'

6. Altercatio inter Clarum et magistrum G. fol. 103 b.

Incip. "Cum divina substantia sit tres."

In calce sunt versus quinque de Christo de Virgine nato; incip.

"Cur desponsata voluit de virgine nasci."

496.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 101, sec. xv., nitide exaratus; [ol. 1193.]

[Bonaventuræ, Cardinalis,] Meditationes vitæ Christi, cum prologo et epilogo.

Tit. "Meditationes vite Christi ad quamdam monialem."

Incip. "Inter alia virtutum et laudum preconia;" ut inter opera, tom. vii. p. 349.

Desin. abrupte in verbis, "Et iterum, si cognovimus Christum secundum carmen;" ibid. p. 418, D. 7.

497.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 4 et 314, sec. xv.; [ol. 1584.]

1. [Johannis Guallensis, sive Walleys,] opus quod dicitur Ordinarium vitæ Christianæ, in tres partes distinctum, cum prologo et capitum tabula. fol. 1.
 Tit. "Incipiunt capitula prime partis, que vocatur Dietarium."
 Exstat impress. in 8vo. Venet. 1496.

2. Liber, Diætarium Salutis, [ex Bonaventuræ opere confectus.] fol. 66 b.
 Incip. "Circa preceptorum descriptionem nota quod observanda;" [cf. Bonaventuræ opera, tom. vi. p. 301.]

3. Commentarii breves super epistolas Dominicales, etc. per annum. fol. 110 b.
 Incip. "Abjicias opera tenebrosa," etc. "In adventu regis magni expiantur sordes."

4. Meditatio de passione Domini. fol. 115 b.
 Incip. "Circa passionem Domini sic homo potest se habere."

5. Fragmentum operis, cui titulus, 'Regimen animarum,' ex Summa Raimundi aliisque compilati; cum præfatione et capitulorum tabula. fol. 118.
 Incip. "O vos omnes sacerdotes, qui laboratis onerati."
 Sequitur, "Quedam tabula boni libri," incip. "Quod prius preparanda est vita."

6. Tabula septem Planetarum. fol. 122.
 Incip. "Ita tabula docet qualiter et quociens omnis planeta."

7. Auctoritates de diversis ex SS. Patribus. fol. 124.
 Incip. "Gregorius. Hec sunt que in hoc seculo abusive sint."

8. Narrationes plures legendariæ, quarum nonnullæ ad Angliam spectant. fol. 155 b.
 Incip. i. "De duobus divitibus. Narratur de duobus divitibus manentibus simul in quadam civitate in partibus ultramarinis."
 Aliæ sunt,
 a. De S. Dunstano et rege. fol. 156.
 b. De quodam fratre apud Bridgwater. fol. 156 b.
 c. De quadam sorciaria apud Bykenesfeld. fol. 172 b.
 d. De divite quodam Cantiano. fol. 177.
 Testamentum ejus verbis concluditur sequentibus,

"Couetyse me hath yschent
The fendes hauyth my body al to rent,
My sowle ys to helle y went,
By ware by me al men of Kent."

 e. De vicario quodam de Bycle [an Beccles]. f. 184 b.
 f. De homine quodam de Northumbria a S. Thoma objurgato, quia ad S. Godricum apud Finchaliam non profectus esset. fol. 220 b.

9. Excerpta ex SS. scriptis, et narrationes et sermones de Sanctis. fol. 191.
A Incip. "Crisostomus. Super Matheum omelia secunda. Videamus quod magi videntes."

10. Ricardi Rolle de Hampole Liber dictus, Vehiculum vitæ seu de emendatione peccatoris. fol. 272.
 Tit. "Incipit tractatus Ricardi heremite, qui vocatur Vehiculum vite."
 Incip. "Hic est libellus de emendatione vite sive de regula vivendi;" etc. "Ne tardes converti."

11. [Ejusdem forsan] Remedium contra temptationes
B spirituales et contra cogitaciones fantasticas et immundas. fol. 286.
 Incip. "Quia, sicut ait apostolus, sine fide impossibile est placere Deo."

12. [Ejusdem?] Dialogus de arte moriendi. fol. 290 b.
 Tit. "De scientia utilissima homini mortali, que est scire mori."
 Incip. "Cum omnes homines naturaliter scire desiderent."
 Defic. in verbis, "O si sic mortuus fuis-
C sem"——

13. Tractatus, qui dicitur, 'Cavete Medici.' fol. 296.
 Incip. "Quum sol est in illis duobus punctis, ubi zodiacus intersecat."

---

14. Operis fragmentum, in quo de rebus domesticis, tacticis et agrestibus agitur, interpretatione vocum in margine annexa; sec. xiii. ineuntis. f. 300.
 Specimen exhibemus tam textus quam glossæ."
 "Si castrum decenter construi debeat duplici
D fossa cingatur sicut loci monstrat natura, ut mota super nativam rupem sedem debitam sorciatur."
 Incip. interpret. "*Castrum* est chastel et dicitur a castro, castras, quia milites castrati solebant servare castra. *Decenter* derivatur a decem. *Duplex* dicitur de duplico, -cas, vel componitur a duo et plica, -ce. *Mota* duas habet significationes, mota pur chastel et pur mote de deus."

E 15. Roberti Grostete, sive cujuscumque sit, tractatulus dict. "Templum Dei." fol. 304.
 Incip. "Templum Dei sanctum est," etc. "Sermo iste quamvis omnes tangat."
 In calce folia sunt iv. rejectitia, in quibus fragmentum computorum ad abbatiam, vel de Glastonia vel de Sheptonia, ut videtur, spectantium.

498.

F Codex chartaceus, in 4to minori, ff. 70, sec. xv.; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1192.]

1. Anonymi cujusdam [an Johannis de S. Ægidio] libellus de articulis fidei, seu Scala Jacob, cum procemio. fol. 1.
 Tit. "Incipit pa . . s . . . us qui intitulatur libellus de articulis, sive Scala Jacob."
 Incip. "Funiculus triplex difficile rumpitur;

Funiculus iste, a quo de terra trahimur in celum, est fides."

Desin. "pro justicia colunt, ad sedes sydereas transferuntur;" etc.

In calce, "Explicit libellus sermocionalis de articulis fidei vel scala Jacob, per quam ascenditur in celum, finitus et completus in die Marie Magdalene, anno Domini m.ccc.lxxxviii."

2. Tractatus magistri SAMUELIS Israelitæ, per quem probatur clare adventus Christi sive Messiæ, Latine versus per Alphonsum Boni-Hominis, Hispanum, cum epistola traductoris præmissa. fol. 57.

Incip. epist. "Cum ergo propter parvitatem meam et insufficienciam."

Tit. "Epistola quam scripsit magister Samuel Ysrahelita de sancta civitate regis Marrochitani ad Sabi Ysaac, magistrum synagoge, que est in Sub-Julineza in regno predicto."

Incip. "Conservet te Deus, O frater."

Incip. cap. i. "Desidero Domine mihi certificari per te ex testimoniis legis."

In calce, "Explicit epistola Rabi Samuelis missa ad Rabi Ysaac magnum doctorem Judeorum quam pluribus . . . . peritum in lege et prophetis, tam in Ebreo quam in Arabico, et ideo recurrit ad ipsum super dubiis sibi occurrentibus tam in lege quam in prophetis, ut patet ex predictis.

Translatum de Arabico in Latinum per fratrem Alfonsum Boni-hominis Hispanum ordinis Predicatorum sub anno Domini m.ccc.xxxix."

Sequitur notitia de fato libri, quod a Judæis per multos annos occultatus fuerat, etc.

499.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 88, sec. xiii., quondam Carthusiensium unde supra; [ol. 939.]

PETRI Pictaviensis Distinctiones, seu expositiones breves phrasium, etc., Biblicarum.

Incip. "Distinctiones magistri Petri Pictavensis."

Incip. "Facies mihi temptorium in introitu tabernaculi;" etc. "Tabernaculum quo Deus in nobis habitat in quo nos reficit et saginat divina pagina est."

Desin. "nobis indeficientem sue propiciacionis habundantiam largiatur; Qui vivit et regnat;" etc.

500.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 131, sec. xiii., binis columnis bene exaratus; [ol. 951.]

1. CÆSARII, episcopi Arelatensis, Sermones octodecim. fol. 2 b.

Incip. i. "Dominis Sanctis et in Christo desiderandis;" ut in Monument. Orthodoxogr. ed. Basil. p. 1882.

A

B

C

D

E

F

a. Quatuor, qui sequuntur, inveniuntur quoque ibid. pp. 1909, 1916, 1992, 1924, deinde,

b. Sermo sextus incip. "Vereor venerabiles in Christo filii." fol. 11.

c. Sermo vii. exstat in Orthodox. Mon. p. 1905. fol. 16.

d. Octavus est [AUGUSTINI tractatulus de triplici habitaculo: et exstat inter opera, tom. vi. App. col. 159.] fol. 18.

e. Nonus incip. "Quis quod potest voveat." fol. 22.

f. Decimus incip. "Ait quodam loco." fol. 23.

g. Undecimus incip. "Exhortatur nos sermo." fol. 23.

h. Duodecimus, "Quid Salubritatis." fol. 25 b.

i. Tertius decimus, "Instruit nos atque hortat." fol. 26 b.

Succedunt tres qui inveniuntur in Monum. Orthodox. pp. 1907, 1911, et 1914.

k. Septimus decimus incip. "Si quando terre operarius." fol. 34.

l. Octavus decimus, incip. "Videte vocationem vestram;" in edit. Mon. Orthodox. p. 1915. fol. 36 b.

2. [Ejusdem?] libellus de symbolo. fol. 37 b.

Incip. prol. "Quociens Deum cogitare volumus minus utique volumus."

Incip. lib. "Credo sacrosancte Divinitatis eternam unitatem."

3. Tractatulus de S. Eucharistia. fol. 40.

Incip. "Interim autem dum ab eo in hoc mundo peregrinamur corpore et sanguine."

4. [S. AUGUSTINI, sive cujuscunque sit, liber de vita Christiana.] fol. 40 b.

Incip. "Et ego peccator et ultimus;" ut inter opera, tom. vi. App. col. 183.

5. [Ejusdem?] Libellus ad Filium de militia Spirituali. fol. 50 b.

Incip. "Audi, fili, admonicionem patris tui et inclina."

6. [LAURENTII, monachi Dunelmensis, Hypomnesticon de sex ætatibus mundi.] fol. 60.

Tit. "Incipit liber primus primam mundi etatem continens."

Incip.

"Principium rerum sine tempore tempora formans."

Desin.

"Completus per eum desinat hic in eo."

Exstat exemplar aliud supra in cod. 398, fol. 127 b.

7. [HILDEBERTI Cenomannensis vita B. Mariæ Ægyptiacæ.] fol. 94 b.

Incip.

"Sicut hyemps laurum non urit, nec rogus aurum."

Exstat inter opera, ed. Paris, 1708, col. 1261.

8. Vita S. Malchi metrica, auctore REGINALDO Cantuariensi, sed ex S. Hieronymi opere compilata. fol. 101.

Præmittuntur,

a. Præludium Reginaldi in vita Malchi.

Incip.

"Prelia gesturus . lodos prius et quasi durus."

b. Prologus ad monachos.

Incip.

"O monachi cari . quos non sinit ordo vagari."

c. Ad librum suum.

Incip.

"O liber incausto . licet oblitus, in pede fausto."

d. Argumentum sequentis negotii.

Incip. "Carmen de monacho menti sedet edere Malcho."

Tit. lib. "Incipit liber de ortu et primordiis vite Malchi."

Incip.

"Rus igitur Marone . Sira positum regione."

Desin. liber sextus et ultimus,

"Audiat ex alto sic tua vota Deus."

In calce, "Liber explicit feliciter."

9. Hildeberti Cenomannensis Carmen de mysterio missæ. fol. 125 b.

Tit. "Incipit expositio misse edita ab Ildeberto, Cinomannensi episcopo, postea Turonensi archiepiscopo."

Exstat inter opera, col. 1135.

Consentit cum edit. usque ad versum, "Quos vel adhuc tenet donec sententia purget;" in edit. col. 1149, l. 48, cui succedit rubrica, 'De tribus stationibus ad altare;" incip. "Quid statio dextra signat vel parte sinistra;" inter opera, col. 1229.

10. [Ejusdem Cur tres missæ celebrantur in Natale Domini.] fol. 130.

Ibid. col. 1155.

11. De quindecim signis ante diem Judicii. fol. 130.

Incip.

"Jeronimus falsa, . nisi proferat omnia salsa."

12. Carmina alia; incip.

a. "Pontus, terra, polus, calor, aër, Cinthia, Phebus." fol. 130 b.

b. "Tigris, apis, cervus, formica, cicada, juventus." fol. 130 b.

c. "Spiritus, ignis, aqua, virtus, vitium, dolor, ara." fol. 130 b.

d. "Raptor, inops, justus, bonus, impius, hostis, avarus." fol. 130 b.

e. "Vir, conjux, natus, germana, pedissequa, servus." fol. 131.

f. "Ver, estas suavis, autumnus, hiemps glacialis." fol. 131.

g. "Rex, regina, puer, estas, autumpnus, hiemps, ver." fol. 131.

501.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 18, anno forsan 1484 auctoris manu exaratus; [ol. 941.]

Petri Carmeliani Brixiensis Carmen de vita S. Mariæ Ægyptiacæ, cum proœmio et epistola ad Robertum Brakenbury, Turris Londoniensis rectorem, dicatoria.

Tit. epist. "Magnifico atque excellenti viro domino Roberto Bracunbure, Turris Londoniensis rectori meritissimo, Petrus Carmelianus, sal. plur. dicit."

Incip. epist. in qua laudatur maxime Ricardus rex Tertius, "Solent omnes, vir insignis, qui opus aliquod nuperrime ediderunt."

De Ricardo agitur his verbis, "Si religionem in primis spectamus, Quemnam etas nostra principem magis religiosum habet? Si justiciam: Quem sibi in toto terram orbe preponendum putabimus? Si et pacis servandæ et gerendorum bellorum prudentiam intueamur: Quem sibi unquam parem adjudicabimus? Si vero animi tum sapientiam tum magnitudinem simul et modestiam inspexerimus: Cui regem nostrum Ricardum postponemus? Quis sane Christianus imperator aut princeps in bene meritos magis liberalis munificusque comprobari potest? Nemo sane, nemo. Cui magis furta, latrocinia, stupra, adulteria, homicidia, fenus, heresisque et alia nephandissima scelera exosa sunt quam sibi?"

Tit. "In beatæ Katerinæ Egyptiæ Christi sponsæ vitam. Prohemium incipit."

Incip.

"Numina si veteres celebrarunt falsa Poetæ
Et vanas illis laudes titulosque dedere."

Desin.

"Non cessant, quo si tingantur inertia membra
Concipiunt vires et pristina robora sumunt."

502.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 52, sec. xv., quondam eccl. B. M.V. in Ebirbaco; [ol. 1089.]

1. S. Anselmi Dialogus de passione Christi. fol. 1.

Tit. "Sanctus Anshelmus querit Mariam de passione Christi."

Defic. in verbis, "Heu, Domine, talem mihi pre ceteris"——inter opera, edit. 1721, p. 493, A. 13.

2. Ejusdem, [seu potius Eadmeri,] liber de similitudinibus. fol. 5.

Tit. "Incipit liber Sancti Anselmi, Cantuariensis archiepiscopi, de similitudinibus."

Desin. in calce, cap. cxcii. in Anselmi Opp. Append. p. 188.

In calce, "Liber Sancte Marie virginis in Ebirbach."

503.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 110, sec. xv.; [ol. 1178.]

Francisci Petrarchæ Opuscula plura anepigrapha, quæ sequuntur;

1. [Epistola ad Andream Dandulum Venetorum ducem.] fol. 1.
Incip. "Ut aliquid ad te scribam;" ut in edit. Basil. 1581, p. 969.

2. [Ad Carolum IV. Imperatorem de Italia pacificanda exhortatio.] fol. 6 b.
Incip. "Precipitium horret epistola;" ut ibid. p. 531.

3. [De statu reipublicæ ad Asinium Pollionem?] fol. 10 b.
Incip. "Laureta tui gratanter emicuit."

4. [Ad Marcum suum de divino amore.] fol. 11 b.
Incip. "Animum tuum quam visibille [*sic*] fuit;" ut inter opera, p. 615.

5. [Ad Marcum Januensem de antiquis oratoribus, etc.;] dat. Mediol. v. Junii. fol. 13 b.
Incip. "Crebras ex te literulas."
Cf. Bandini Catal. Codd. Laurent. tom. ii. col. 589, § iv.

6. [Ad amicum 'feliciter et immerite exulem;'] dat. Ticini vi. Julii. fol. 18 b.
Incip. "Sera quidem amice optime ad epistolam vestram."

7. [De contemptu mundi dialogi tres cum præfatione.] fol. 20.
Incip. "Athonito mihi quidem;" ut inter opera, p. 331.

8. [Epistola ad Nicolaum Azzarolum.] fol. 87.
Incip. "Jam tandem, vir clarissime."
Cf. Bandin. Catal. col. 579, § i.

9. [Ad Guidonem, archidiac. Januensem, de difficultatibus rerum.] fol. 93 b.
Incip. "Concilium tuum ut nec probem nec improbem."
Cf. ibid. col. 585, § iii.

10. [Ad eundem, in ruralis vitæ laudem.] fol. 101.
Incip. "Que spes, quod solamen publice calamitatis."
Cf. ibid. col. 585, § v.

11. [Ad eundem, non dolorem ipsum sed patientiam doloris optabilem;] dat. Mediol. kal. Decembr. fol. 103 b.
Incip. "Nemo myser esse vult, aut nunquam voluit."
Cf. ibid. col. 593, § xii.
Desin. "nimis te hodie detineo, da veniam, tecum sum. Valde. Mediolani in kalendis Decembris."

504.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 120, sec. xiii., binis columnis haud eadem manu exaratus; [ol. 1056.]

1. Liber Æquivocorum, quæ apud SS. Scripturas reperiuntur; ordine alphabetico. fol. 1.
Incip. "Angelus est Christus vel Spiritus Sanctus, ut Joh. 5, Angelus descendebat in piscinam."
Desin. "Zona mortificatio carnis; R. et zona pellicea accinctus renibus, id est, carnis mortificatione in membris roboratus."

2. Anonymi cujusdam sermones de diversis. fol. 51.
Incip. i. "Dicite filie Syon; etc. Primo videamus, quales debent esse illi qui debent dicere."

3. Themata homiliarum de diversis. fol. 111.
Incip. i. "Accessit Jhesus et tetigit loculum," etc. "Primo videndum quomodo Dominus ad nos accedit."

505.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 29, sec. xv.; quondam cujusdam, qui portabat, infra marginem cæruleam stellulis octo aureis impressam, alveolum quadripartitum, cujus prima et quarta argentea, secunda et tertia pars punicea exhibetur; [ol. 1088.]

S. Augustini, ep. Hipponensis, de spiritu et anima libellus, cum notulis marginalibus.
Tit. "Aurelii Augustini de spiritu et anima."
Exstat impress. inter opera, tom. vi. App. col. 35.
In calce, "Explicit liber Augustini de spiritu et anima, lege feliciter; Amen."
Sequitur Jacobi de Marchia, ord. Minor. epistola ad Bartholomæum de Urbino et Claulum, cives Paduanos, quum se orator Publicus constitutus esset; dat. apud Assium die penult. Julii, 1440.

506.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 244, secc. xiv. et xiii. exeuntis, partim binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 959.]

1. Anonymi cujusdam sermones Dominicales per anni circulum. fol. 1.
Tit. "Sermo Dominicalis. Dominica prima in adventu Domini."
Incip. "Hora est jam nos;" etc. "Est triplex sompnus, ignorancie."

2. Peregrini, fratris ord. Præd., Commune Sanctorum, seu Sermones de SS. Apostolis, Martyribus, et Virginibus. fol. 74.
Incip. i. "Qui sunt isti;" etc. "Principatus Apostolorum volatui nubium et columbarum comperatur, merito quia tota vita."

3. Sermones sexaginta de tempore, per anni circulum. fol. 108.

Incip. "Dicite filie Syon," etc. "O vos prophete et predicatores dicite filie Syon."

Ult. est in istud, "Exiit qui semen suum," etc. et incip. "Evangelium propositum, sicut dicit Gregorius."

In calce,

a. Versus quomodo confitendum est, etc. fol. 170 b.

Incip.

"Quid, quale, quis, ubi, vel quantum, quomodo, quando."

b. Casus ad episcopum transmittendi pro pœnitentia suscipienda.

4. Hymnus 'Celi solem imitantes' cum notis musicis. fol. 172.

5. Sermo de angelis. fol. 173.

Incip. "Ecce ego mitto angelum meum," etc. "In divinis libris ea que sunt magne potentie."

6. Sermones duo de Corpore Christi. fol. 174 b.

Incip. "Ad mensam magnam," etc. "Magnam fidem oportet esse in hoc sacramento."

7. Sermones Peregrini fratris ord. Præd. de tempore. fol. 184.

Incip. "Ecce rex tuus venit, etc. In hiis verbis propheta consolabar."

Non consentit cum edit. 1481.

Desin. ult., "Oreb sine fine perpetue gaudeamus, quod nobis prestare dignetur pius Pater et misericors Dominus."

8. Ejusdem Peregrini Sermones de Sanctis. fol. 220.

Tit. "Incipit opus Peregrini de sanctis, primo de Sancto Andrea."

Incip. i. "Vestigia ejus," etc. "Dominus vocans Petrum et Andream;" ut in edit. 1481, cujus cum textu plurimum differt codex noster.

Serm. ult. est de corpore Christi, incip. "Confiteantur Domino misericordiæ," etc. "Istud verbum scribit David propheta."

Sermones duo, qui præeunt, de S. Katherina agunt, neuter autem cum isto in editione prolato consentit.

In calce, "Expliciunt sermones de Sanctis. Expliciunt evangelia Sanctorum per circulum anni completa per manus Gerlaci de Wynningen anno Domini m.ccc. xlviiii. in vigilia ad vincula Petri, in Spira."

507.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 192, sec. xiv., binis columnis nitide exaratus; [ol. 944.]

S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, opera varia; scilicet,

1. De diligendo Deo, ad Haimericum Cardinalem. f. 3.

Tit. "Prologus beati Berhardi in librum de diligendo Deum."

Exstat inter opera, tom. i. col. 583.

In margine notatum est, "Iste liber fuit correctus in Clarevalle."

2. 'De præcepto et dispensatione' ad abbatem Columbensem. fol. 22 b.

Ibid. tom. i. col. 496.

In margine, "Iste liber fuit perlectus et correctus in Crista."

3. De gratia et libero arbitrio 'ad W. abbatem S. Theoderici.' fol. 49.

Ibid. tom. i. col. 603.

In marg. "Iste liber fuit in Octerburg perlectus et in Claravalle correctus."

4. De consideratione ad Eugenium papam libri quinque. fol. 71.

Ibid. tom. i. col. 407.

5. Epistola ad Fratres de Monte-Dei. fol. 129.

Ibid., sub nomine Gulielmi abbatis S. Theoderici, tom. ii. col. 199.

In calce, "Explicit epistola beati Bernardi, abbatis ad fratres de Monte Dei."

6. Tractatus de vitæ ordine et morum institutione. fol. 171 b.

Ibid. tom. ii. col. 373.

In calce, "Explicit tractatus beati Bernardi abbatis de ordine vite et morum institucione."

Sequitur hymnus ad Virginem.

508.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 118, sec. xii. exeuntis; [ol. 936.]

1. S. Anselmi meditatio de redemptione humana. f. 1.

Tit. "Meditatio redemptionis nostre."

Exstat inter opera, ed. 1721, p. 221.

2. Ejusdem Proslogion. fol. 5.

Tit. "Proslogion Anselmi archiepiscopi."

3. Oratio Confessionis. fol. 15.

Incip. "Domine Deus omnipotens, tibi confiteor."

4. Oratio S. Augustini. ff. 16, 55.

Incip. "Domine Deus omnipotens, qui es trinus et unus, qui es semper in omnibus."

5. Oratio ad postulandam sapientiam. fol. 17 b.

Incip. "Domine Deus creator celi et terre, cui proprium est misereri."

6. Oratio peccatoris vehementer formidantis de hora, quomodo animam expiraverit. fol. 19.

Incip. "Dulcissime Deus meus, creator et nutritor meus."

7. Quædam meditatio peccatoris de peccatis suis, quæ multoties reiteravit, vehementer formidantis. fol. 21 b.

Incip. "Deus mitis, Deus suavis, Deus super omnia dulcis."

8. Oratio peccatoris, quem vehementer impugnant delectationes carnis. fol. 28 b.

Incip. "Domine Deus meus, respice in me et ne avertas faciem tuam."

9. Oratio in Pascha et octo aliæ. fol. 30.
Incip. "Liberator et restaurator."

10. Oratio ad S. Laurentium rhythmica. fol. 35.
Incip.
"Ad te Deus
Clamo reus,
Dona mihi veniam."

11. Oratio pro semetipso. fol. 35 b.
Incip. "Domine Deus meus, qui non habes Dominum."

12. Gratiarum actio et oratio. fol. 36.
Incip. "Tibi ago laudes et gratias."

13. Confessio peccatorum ad Deum et ad omnes Sanctos. fol. 37.
Incip. "Domine Deus omnipotens, ego humiliter te adoro."

14. Alia confessio peccatorum. fol. 38.
Incip. "Confiteor tibi Domine, pater celi et terre."

15. Oratio metrica ad Christum. fol. 38 b.
Incip.
"Juste judex . Jhesu Christe . regum rex et domine."

16. Ad accipiendum Corpus Domini. fol. 39.
Incip. "Domine Jhesu Christe, Qui, Patre disponente, Spiritu Sancto cooperante."

17. S. Anselmi, [aliorumque forsan,] Orationes. fol. 40.
Tit.
"Forma precum digna, scelerum confessio plena."
Incip. "Domine Deus meus da cordi meo te desiderare, desiderando quærere."
Occurrunt ad ff. 47, *seqq.* orationes quæ inveniendæ sint impressæ in edit. cit. pp. 255, 265, 267, 264, 266, 247, 255, 248.

18. Lamentum pœnitentiæ, 'duplici alphabeto editum, exceptis tribus literis videlicet, A. B. N. in quibus aliquantis versibus multiplicatur, ubi exoravit pro indulgentia peccatorum.' fol. 63.
Incip.
"Audi, Christe, tristem fletum,
Animarumque canticum."
In calce, "Explicit Lamentum penitentis."

19. 'Oratio cujus supra pro correctione vel deflendo peccato.' fol. 67.
Incip. "Deus omnium mirabilium auctor, misericordiarum pater."

20. Orationes ad Spiritum Sanctum. fol. 77.
Incip. "Sancte Sanctorum omnium sanctificator potentissime et universorum ordinator equissime."

21. Orationes ad S. Michaelem, archangelum et omnes angelos. fol. 88.
Incip. "Sancte Michael archangele superni regis secretorum."

22. S. Anselmi orationes ad Sanctos varios. fol. 90.
Incip. "De S. Johanne Baptista. Sancte Johannes, tu ille Johannes;" ut in edit. cit. p. 287.
Aliæ sunt ad SS. Petrum, Paulum, Andream, Johannem Evangelistam duæ, Stephanum, Nicolaum [in edit. Martinum,] Benedictum, et ad omnes Sanctos metrica.
Exstant impressæ ibid. pp. 287, 288, 298, 289, 290, 291, 293, 295, 297, 272.
Ad fol. 104 orationes ad S. Petrum aliosque breves.

23. Oratio de S. Germano. fol. 114 b.
Incip. "Sancte et gloriose confessor Christi Germane, potens et magne."

24. Rhythmus ad B. Mariam Magdalenam. fol. 115.
Incip.
"Piissima peccatrix,
Pedum Domini lavatrix,
Non de fontibus aquarum
Sed de guttis lacrimarum."

509.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 141, sec. xi. exeuntis; [ol. 942.]

1. Heptateuchus, ex Ælfrici versione. fol. 1.
Tit. "Incipit Prefatio Genesis, Anglice."
Exstat impress. ed. Thwaites, 8vo. Oxon. 1698.
Hic illic inter lineas versionem Latinam inseruit manus recentior sed antiqua.
In calce, Nis þis gewrit be anum men awriten acẏs be eallum.

2. Ælfrici epistola ad Wulfgetum de S. Trinitate, de mundi creatione, etc.; *Anglo-Saxonice.* fol. 115.
Incip. "Ic Ælfric abbod on ðisum engliscum gewrite freondlice grete mid Godes gretinge."
Cf. Wanleii Antiq. Lit. Septent. pp. 67 *seqq.* ubi codicis nostri contenta locupletius sunt descripta.

3. Ejusdem Libellus de Testamento Veteri et Novo; *Anglo-Saxonice.* fol. 121 b.
Tit. "Incipit libellus de veteri Testamento et novo."
Exstat impress. in 4to, ed. Gul. de Insula, Lond. 1623.

510.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 75, sec. xi., quondam 'liber Sanctæ Mariæ de Everbach;' [ol. 243.]

Venerabilis Bedæ Liber de ædificatione Templi Salomonis in capita xxv. distinctus, cum prologo et capitum tabula.
Tit. "Prologus beati Bede presbiteri de constructione Templi."
Consentit, quoad initium et finem, cum edit. impress.
In calce notitia est de dictamine metrico et prosaico; incip. "Dictamen aliud metricum, aliud prosaicum."
In fol. 1 rejectan. "Liber Sanctæ Mariæ de Everbach: Joseph·.·" abbatis forsan monasterii nomen.

511.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 204, sec. xiv. ineuntis; binis columnis exaratus; [ol. 969.]

Sermonum collectio Dominicalium per anni circulum ab Anglo quodam compilata.

Tit. i. "Dominica prima adventus Domini Sermo primus."

Incip. "Nox precessit, Dies autem appropinquabit; Ro. xiii. Duo tangit in hiis verbis apostolus, videlicet noctis abscessum et diei adventum."

Quatuor e collectione sermonibus præmissum est auctoris nomen; scilicet

a. Simon de Hentona. fol. 72 b.

b. R. de Fisacre. fol. 96 b.

c. S. Fokes. fol. 133.

d. H. de Mordon. fol. 150.

Ad fol. 118 sermo est 'de quaterna Oxon.' in istud, 'Hec est dies quam fecit Deus,' et incip. "Si nos omnes hic congregati adjudicati essemus morti."

In marg. 4 b. inferiori notantur sententiæ de Alexandro Magno, "Heri totius non sufficiebat ei mundus;" etc.

512.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 168, sec. xv.; [ol. 937.]

1. Bernardi, sive cujuscunque sit, Liber de modo bene vivendi ad sororem. fol. 5.

Præcedit tabula capitum, cui titulus, "Incipit liber ammonitionis editus a beato Bernardo, qui quidem liber fuit missus sue sorori."

Exstat impress. inter opera, tom. ii. col. 815.

Succedunt tabulæ,

a. Versus, dict. 'Agnus Dei,' ad Imperatorem ab Urbano V. missi incip. "Balsamum et munda." fol. 4 b.

b. Maphæi Vegii versus de eodem, incip. "Salve nostra salus." fol. 4 b.

In calce tract. "Explicit Pomerium Sancti Spiritus compilatum per beatum Bernardum. Deo gratias, Amen."

2. Ejusdem, ut fertur, verba vitæ et mortis; versibus leoninis. fol. 122.

Incip. "Verba vite;

"Quis es tu quem video hic stare in figura,
Visu jam orribilis tristique statura?"

In calce, "Explicit brevis sequencia facta et compilata a Sancto Bernardo; Amen."

3. Duodecim articuli fidei, duodecim prophetæ, et duodecim componentes articulos. fol. 123 b.

Incip. "In primis hec sunt nomina."

4. Fructus animæ; Virtutes Cardinales; Columnæ sapientiæ; et alia ejusdem generis. fol. 124.

Incip. "Fructus anime sunt tres, scilicet, fides, spes, caritas."

5. Tempora anni ab Ecclesia interdicta ne nuptiæ celebrentur: etc. fol. 128.

6. De S. Trinitate. fol. 128 b.

Incip. "De Trinitate tenendum, quod in una substantia sunt tres persone."

7. De veneratione Dominicæ. fol. 129.

Incip. "Augustinus ponit multas rationes."

8. Duodecim gratiæ speciales, quas B. Johannes Baptista in se habuit. fol. 130.

Incip. "Primo quia annunciatus fuit multis temporibus ante ejus nativitatem de adventu suo."

9. De hæretico a cane suo strangulato. fol. 130 b.

10. De modis, quibus Deo offendimus. fol. 131.

11. De pœnitentia danda. fol. 134.

Incip. "Quociescunque Christiani accedunt."

12. Canones. fol. 135.

Incip. "Si false jurasti super evangelium."

13. De morte et passione Christi. fol. 136 b.

Incip. "Hoc tenendum est, quod Christus fuit passus."

14. Brevis confessio ante missam. fol. 138.

Incip. "Suscipe, Domine, confessionem."

15. Casus episcopo servandi. fol. 139.

Incip. "Primus si quis habet dampnatam heresim."

16. "Carmina beati Bernardi." fol. 141.

Incip.

"Cum sim moriturus,
Michi, Christe, ne sis durus."

17. De divite mortuo, ex eodem. fol. 143.

Incip. "Quando dives moritur, in tres partes dividitur."

18. De numero chorus Angelorum. fol. 143.

Incip. "Nota quod numerus cujuslibet chorus."

19. De jejunio, de Alleluia, etc. fol. 143 b.

20. De officio Lamentationum. fol. 145.

Incip. "Credendum est, quod officium lamentationum fit per tres noctes ante Pascam."

21. De divinis officiis. fol. 152.

Incip. "Hoc tenendum est, quod ipsius tentamen."

22. De gloria Paradisi. fol. 153.

Incip. "Hoc tenendum est, quod gloria beatorum et eorum primam post resurrectionem."

23. Hugonis de S. Caro, Cardinalis, Liber Confessionum. fol. 145 b.

Incip. "Confessio debet esse provisa."

In calce, "Explicit:
Finito libro, sit laus et gloria Christo."

513.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 97, secc. xiii. et xv., quondam Andreæ Cooke; [ol. 1177.]

1. [Breviarium Petri Lombardi Sententiarum, auctore anonymo.] fol. 1.

Incip. "In scriptura sacra non solum voces sed et res ipse de rebus loquuntur."

Desin. "in horum saltem brevi expositione nos communi utilitati servivisse sufficiat."

Exemplar aliud MS. ejusdem Breviarii exstat in Coll. Magdal. Bibliothec. Cod. cxl.

---

2. Anonymi cujusdam liber qui dicitur, Speculum Christiani, *prosaice et metrice;* metra plerumque Anglice scripta sunt. fol. 62.

Incip. "Ieronimus. In principio cujuslibet operis;" ut in edit. Lond. impress. per Machliniam.

Desin. "Gregorius. Nullum sacrificium ita placet Deo sicut zelus animarum;" in edit. cit. folio a fine decimo.

In calce, "Explicit Speculum Christiani."

Sequitur excerptum, ut videtur, ex eodem opere.

3. Consilium bonum secundum beatum ANSELMUM, quomodo agendum est cum infirmo in extremis languente, priusquam inungatur vel communicetur; *Lat. et Angl.* fol. 92.

Incip. "Interroget eum sacerdos quomodo credit in Deum."

4. Excerptum ex Constitutionibus Clarendonianis temp. Henrici II. editis. fol. 92 b.

Tit. "In libello vite et gestorum Sancti Thomæ martyris, archiepiscopi Cantuariensis, inseritur illud funestum et famosum decreti cirografum, consuetudines scilicet, illas regias apud Clarendonam promulgatas, quod ejusdem gloriosi neomartiris Thomæ primo exilii et postea causa martirii fuit."

Incip. "De advocatione et presentacione. Romana ecclesia hoc primum dampnavit."

5. Constitutiones ejusdem Regis in Normannia editæ, proscripto beato Thoma, et mandatæ executioni per justiciarios. fol. 94.

Incip. "Si quis inventus fuerit literas ferens."

Sequitur "epistola archiepiscopo missa super hiis," incip. "Sciatis hunc esse tenorem;" ut in Epistt. Becket. ed. Giles. 1845, tom. ii. p. 249.

514.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 87, sec. xi. exeuntis, bene exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1085.]

Opus theologicum, ex SS. Patrum scriptis confectum, Liber Septem Patrum dictum, capitulis omnium partium præmissis, necnon notitia de operis contentis, quam exscribere lubet; scilicet, "Prima pars continet de Patre et Filio et Spiritu Sancto: de angelis: de Adam: de fide antiquorum: de prophetis: de apostolis. Secunda, de intellectu Scripturarum: de diaplasmate: de obelo et asterisco: de divitibus. Tercia, de sacrificiis paganorum et nostris: de baptismo: de viventibus ex oblationibus. Quarta, de incommodis, quapropter peccata eveniunt: de ipsis peccatis: de viribus jurandis: de testimoniis mendaciis [*sic*]: de furtis: de negociacionibus: de avaricia: de usura, quæ liceant quæ non: de honesto et inhonesto opere: de confessione: de remissione: de quibusdam mundanis. Quinta, de potestate ligandi et solvendi: de pastoribus et doctoribus: de ordinatione: de doctrina domestica: de hereticis: de excommunicacione, qui tolerandi sunt, qui non: de sinagoga et Hebreis: de ecclesia et ecclesiasticis. Sexta, de cruce: de tempore paschali: de orationibus et elemosinis: de milicia: de dominis et servis: de matrimonio, quod apostoli habuerunt. Septima, de restauratione Angelorum et angelorum hominum: de diabolo: de antichristo: de ultimo judicio: de resurrectione: de gehenna: de igne ante judicium et post."

Tit. i. part. i. "Quod Deus Pater appellatus sit homo. Johannes Crisostomus cc.xviiii. c. Mat."

Incip. "Pater iste familias dicitur homo similitudine non veritate."

Desin. ult. "nam etsi qua illic sic alii habent, ut haberi ab aliis nequaquam possint, cuncta per caritatem singulorum sunt."

In calce, "Explicit liber septem partium."

Sequuntur,

a. Liber generationis JHESU CHRISTI filii David, filii Abraham. fol. 77.

Incip. "Beatus Mattheus evangelista, dilectissimi, non in merito inter cetera."

b. Sermo S. AUGUSTINI de pœnitentia. fol. 78.

Incip. "Admoneo fratres in conspectu Dei."

c. Ex GREGORIO, de arca morali. fol. 79.

Incip. "Quid fit, quod arca de quadratis lignis."

d. Expositio libri generationis JHESU CHRISTI, filii David, filii Abraham. fol. 79 b.

Incip. "Moyses vir sanctus librum Creationis."

e. De psalmorum libro, et de psalmis in ecclesia cantandis, etc. fol. 82 b.

Incip. "Rex David, cum prospere regnaret, volens cultum Dei."

f. Epistola magistri ANSELMI. fol. 86.

Incip. "Videndum est ne questio dum agatur."

g. Sententiæ ex CYPRIANO et AUGUSTINO de Eucharistia quotidie accipienda. fol. 86.

Incip. "Quia in pluribus me dubitare jam diu cognosco."

Defic in cap. de præscientia et prædestinatione verbis, "dono spiritus confirmari ad bene operandum, quasi ad pugnandum"——

515.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 220, sec.

xiii. ineuntis; quondam "de armario S. Crucis de Waltham;" [ol. 1265.]

1. Innocentii papæ III. de miseria humanæ conditionis libri tres, cum prologo ad Petrum Portuensem. fol. 4.
   Tit. "Tractatus domini Innocencii pape tercii de miseria hominis vel contemptu mundi."
   Exstat impress. inter opera, tom. i. p. 421.
2. [Historia Tobiæ metrica, auctore Matthæo Vindocinensi, cum prologo.] fol. 39.
   Exstat impress. apud Auctores VIII. Morales, ed. Rænerio, p. 165.
3. Vita S. Mariæ Ægyptiacæ metrica, [Hildeberto auctore.] fol. 80.
   Exstat inter Hildeberti opera, col. 1261.
4. Vita S. Afræ et Hilariæ metrica. fol. 96.
   Incip.
   "Felicis veneranda sequor vestigia Claudi,"
   cui in margine adjunxit manus coætanea, "id est Magistri Hermanni."
5. Vita S. Katharinæ metrica, auctore anonymo. f. 109.
   Incip.
   "Sepius in sexu fragili constancia mentem."
6. S. Hugonis, episcopi Lincolniensis, vita, [auctore Gregorio quodam?] fol. 117.
   Incip. "De patria et parentibus ejus.
   "Imperialis ubi Burgundia surgit in Alpes,
   Et condescendit Rodano convallia verrant."
   Præcedunt,
   a. Gregorii versus ad [Petrum de Rupibus?] episc. Winton. fol. 116 b.
   Incip.
   "Wintoniensis apex, flos cleri, gloria regni,
   Inclita pacato digneris sumere vultu."
   b. Prologus in vitam S. Hugonis. fol. 117.
   Incip.
   "Arma virumque cano, quo judice nec caro cara."
   c. Invocatio. fol. 117.
   Incip.
   "Hugo tue vite seriem describere temptans."
   Desin. vita,
   "Rex Jesus Christus, Cui cum Patre Paraclitoque,
   Sit laus et virtus et honor per secula cuncta. Amen."
   In calce,
   "Qui scripsi gesta tua supplico ne mihi mesta
   Sit mors, set festa que fine carent, Hugo, presta."
7. Galfridi [de Vino-Salvo, seu Vinsauf, Poetria Nova, sive] de artificio loquendi carmen, cum prologo ad Gulielmum, cancellarium Eliensiem, et dedicatione ad Innocentium papam III. fol. 141 b.
   Tit. "Incipit liber magistri Galfridi Anglici de artificio loquendi."
   Exstat impress. in Leyseri Hist. Poett. Medii Ævi, 1721, p. 862, excepto quod prologus ibi ad finem relatus est, et ad p. 977 "ad archiepiscopum" inscriptus.
8. Bernardi Sylvestri Carnotensis opus in partes duas distinctum, quorum prius Megacosmus, alterum Microcosmus, intitulatur, partim carmine partim prosa scriptum, cum summa totius operis præmissa. fol. 182.
   Incip. sum. "In hujus operis primo libro qui Megacosmus, idem Major mundus, dicitur."
   Incip. lib. i.
   "Congeries informis adhuc cum silva teneret,
   Sub veteri confusa globo primordia rerum."
   Desin. opus,
   "Excubias capitis oculos modilaminis aures,
   Ductoresque pedes, omnificasque manus."
   In fol. 2 notatur, "Hic liber est de armario sancte Crucis de Waltham, quam qui abstulerit vel furatus fuerit vel hunc titulum scienter deleverit et in alio se —— excommunicatum se esse noverit."

516.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 361, sec. xvi. ineuntis; [ol. 1083.]

1. Testamentum Novum; *Boemice.*
   Ad Colossenses epistolæ succedit ista ad Laodicenses.
   In calce tabula est epistolarum, ut leguntur per anni circulum; etc.
   Sequitur, *manu recentiori*, anno scilicet 1538 scriptus, Psalmus ad B. Virginem Mariam.

517.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 184, sec. xv., bene exaratus; quondam Jacobi Usserii, archiep. Armachani; [ol. 1291.]

Bernardi, abbatis Clarævallensis, liber de modo bene vivendi ad sororem, ab anonymo quodam *Anglice* versus, cum prologo.
   Tit. "A deuoute tretes of holy saynt Bernard drawne oute of latyn into English callid the manere of good lyuynge which he sent vn to his owne Suster wherein is conteyned the summe of euery vertue necessary vnto Cristis religion and holy conuersacioun."
   Incip. prol. "My welbeloued Suster in Criste, ye have long desired that I wold wryte som tretes."
   Incip. lib. "The fyrst exhortacion ys how faith ought to bee hadd and kepte and how withoute goode werkys and conuersacion it avayleth not to beleve. Oure Lorde sayeth in the gospell that all thyngis is possible to all such as beleveth."
   Desin. "also the meryte of your holy vyrginite shall dymynishe the payne of my wyckydnes, Amen. Deo gracias."
   Exstat impress. Latine, inter Bernardi opera, tom. ii. col. 815.
   Sequuntur,
   a. The xii. degrees of mekenes. fol. 175 b.

Incip. "Seynt Gregore the doctour seyth that withoute mekenes it ys unlefull to truste of forgyvness of oure synnes." A

b. Ex Alberto Magno de S. Eucharistia Sententia. fol. 181.

Incip. "Seynt Albert the byschop seyth thes wordis. Fyrst when ye receyve oure Lord in forme of bred."

c. "Of pacyens to be had in sekenes." fol. 182.

Incip. "If a man knewe how profetable sekenes were to hym, he wold desyre neuere to lyue withoute sekenes." B

518.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 101, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1274.]

[Petri Comestoris] Compendium historiarum Novi Testamenti. C

Incip. a cap. i. lib. ii. Hist. Maccabæorum, in verbis, "Mortuo Symone, qui ultimus quinque filiorum;" in edit. Argent. 1503, sign. A. 4.

Ad calcem Historiæ Evangelicæ annexus est ordo regum Persarum, Ægypti et Syriæ.

Fini operis subjiciuntur,

a. Sermo in istud Joelis, 'Convertimini ad me;' incip. "Fratres in fine Machabeorum."

b. In istud Zachariæ, 'Aperi Libane portas tuas;' incip. "Cum presens et privilegiata sollempnitas Purificationis." D

c. In istud ad Coloss. 'Si consurrexistis cum Christo;' incip. "Non nobis Domine, non nobis."

519.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 258, sec. xv., quondam, ut videtur, domus cujusdam apud Wormatiam; [ol. 1271.] E

1. Cyrilli, ep. Alexandrini, sive cujuscunque sit, Apologeticus Quadripartitus, libris quatuor comprehensus, cum prologo et capitum titulis. fol. 1.

Tit. "Incipit Quadripartitus Apologeticus Cirilli episcopi."

Incip. prol. "Secundum Aristotelis Senten ciam."

Incip. lib. i. "Semper disce et in extremis horis sapientie magis stude. Vulpes decrepita ardens cupidine." F

Desin. opus, "et tanto demencius quanto letalius, qui se perdit et hiis digestis quievit."

In calce, "Explicit quadripartitus Apologeticus Cirilli episcopi."

Succedit tabula, ad cujus finem,

"Auctor hujus operis Cirillus nomine fertur,
Explicit hic vere precium volt scriptor habere."

2. Roberti Grostete, ep. Lincoln. liber de oculo morali in capitula quindecim distinctus, cum prologo et tabula annexa. fol. 127.

Tit. "Incipit tractatus moralis de oculo."

Incip. prol. "Si diligenter voluerimus in lege Domini meditari facillime perpendemus ea."

Incip. lib. "Sciendum igitur quod sicut potest clerici ex sententia Constantini."

Sequitur tabula alphabetica, subscripta, "Explicit tabula tractatus de oculo morali. Deo gratias."

Deinde,

a. Notitiæ de pruinis et nive circa Wormatiam annis 1442—1444. fol. 256 b.

b. Johannis de Hasperg, Prioris ord. Eremit. S. Augustini apud Moguntiam, charta in commendationem Johannis Rabe, religiosi. fol. 258 b.

Dat. Mogunt. 6 Sept. 1431.

520.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 62, sec. xi. exeuntis, binis columnis nitide exaratus; [ol. 1194.]

Anonymi cujusdam glossæ super S. Matthæi Evangelium ex SS. Patribus variis, præcipue vero Beda et Hilario confectæ, cum prologo.

Incip. prol. "Cum post ascensionem Domini Spiritus Sanctus discipulorum corda illustrasset."

Incip. gloss. "Liber generationis; Hoc exordium satis ostendit se generationem Christi carnalem velle narrare."

Desin. "dicentibus angelis, Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum."

521.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 241, sec. xiv., anno scilicet 1375 manu Henrici Regenboden, de Cassel, exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam, "datus nobis a domino Fryeloc;" [ol. 1179.]

Opus dictum Compendium Theologicæ veritatis, [Petro Thomæ, Alberto Magno, Thomæ Aquinati aliisque adscriptum] libris septem comprehensum, præviis tabulis; *Germanice.*

Tit. tabb. "Hic incipiunt septem tabule super septem libros compendii theologice veritatis."

Tit. operis, "Dis ist die vorrede des compendiums."

Incip. "Die warheit de gothichen subtilikeit sit daz si ist ein schin oder ein glantz des ubersten schines."

In calce, "Completus est liber iste per manus Henrici Regenboden de Cassel anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo quinto, iii. kalendas Maii."

522.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 97, sec. xiii., quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1175.]

1. Ex ORIGENIS commentariis in Epistolam ad Romanos ab anonymo quodam collecta. fol. 1.
Incip. "Obsecro itaque vos, fratres, per misericordiam Dei;" etc. "Hii qui membra sua mortificant ab incentivo libidinis."
Desin. "ad ipsum invicem sapere magnificentius nosceretur."

2. Sermo S. AUGUSTINI de perfecta pœnitentia. f. 13 b.
Incip. "Admoneo, fratres, in conspectu Dei."

3. De generibus visionum. fol. 14 b.
Incip. "Est visio sensualis, visio ymaginalis, visio fantastica."

4. De discretione communicandi vel celebrandi. f. 16 b.
Incip. "Dixerit aliquis non cottidie accipiendam eucharistiam."

5. Flores ex libris beati AMBROSII, episcopi, super Beatitudines et in Lucam. fol. 17.
Incip. "Beati immaculati in via;" etc. "Ante vita quam doctrina querenda est."
Desin. "ut Deo Patri nostre precia liberationis ostenderet."

6. Flores ex libris B. AUGUSTINI episcopi super Psalmos, etc. fol. 45.
Incip. "Beatus vir qui non ambulavit," etc. "De Domino nostro Jhesu Christo accipiendum est."
Insertæ sunt ad fol. 55 b, Sententiæ ex S. LEONE et CHRYSOSTOMO; incip. "Inter xii. Judas electus est, ne ille tam exiguus numerus esset sine malo."

7. Alia forsan ex S. AUGUSTINO de triplici veritatis agnitione, de quatuor modis cognitionis, etc. fol. 69 b.
Incip. "Sicut proprium est oculis lumen appetere quo pascantur et nutriantur."
Defic in verbis, "fides autem catholica sic describitur; Fides est rerum invisibilium perceptio"——

523.

Codex membranaceus, in 4to minori, ff. 245, secc. xiii.—xv.; [ol. 1167.]

1. S. AUGUSTINI liber de spiritu et anima. p. 1.
Tit. "Incipit liber beati Augustini de spiritu et anima."
Exstat impress. inter opera, tom. vi. App. col. 35.
Sequitur sententia ejusdem Augustini de imagine Dei in homine; incip. "Sancta dignitas humane condicionis."

2. Ejusdem libellus de vera et falsa pœnitentia. p. 37.
Tit. "Incipit liber Aurelii Augustini de vera et falsa penitencia."
Exstat ibid. tom. vi. App. col. 231.

3. Ejusdem sermones duo de pœnitentia. p. 61.
Tit. "Augustinus ad penitentes."
Incip. a. "Quam utilis sit." b. "Penitentes, Penitentes."
Ibid. tom. v. coll. 1350, 1506.

4. Ejusdem 'De gaudio electorum et pena dampnatorum.' p. 70.
Ibid. tom. vi. App. col. 159.

5. Ejusdem "de xii. abusivis seculi." p. 77.
Cf. ibid. tom. vi. App. col. 211.

6. Ejusdem Manuale. p. 91.
Tit. "Incipit liber Enchiridion Sancti Augustini episcopi ad Laurentium, primicherium ecclesie urbis Rome, de fide et spe et caritate."
Ibid. tom. vi. App. col. 195.

7. Ejusdem libellus contra quinque hæreses. p. 151.
Ibid. tom. viii. App. col. 1.

8. HUGONIS, [an de S. Victore?] libellus de dubio accentu. p. 181.
Incip. "Sapientis est desidis non succumbere marcescenti sed pocius curioso invigilando labori."
Desin. in versu,
"Surgere finali vult barbara diccio partem."

9. Opus dictum, "Compendium theologicæ veritatis," Alberto Magno, Aquinati aliisque tributum, in libros septem distributum, prævia capitulorum tabula. p. 194.
Tit. "Incipit prologus in compendium theologie veritatis."
Exstat inter Alberti Magni opera et alibi.

524.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 175, sec. xv.; [ol. 1049.]

1. Operis cujusdam theologico-moralis, in capita xii. distincti fragmentum. fol. 1.
Incip. in verbis ap. ii. "anima quid in mundo queris ubi omnia transitoria."
Cap. ult. est de Contemplatione et desin. "jubilacione et melodia Ipsum eternaliter laudare; Cui sit honor;" etc.

2. Sermones in istud 'Gravis est nobis ad videndum:' Sap. ii. etc. fol. 7.
Incip. "Iste modus loquendi ostendit Judeos fuisse valde invidos."
In calce narratio de Radulpho quodam peccatore ad altare ecclesiæ B. M. Magdalenæ apud Oxon. accedente, ex Hist. Aur. part. iii.

3. Expositio in decem mandata, [auctore Joh. WYCLIFFE;] *Anglice.* fol. 11.
Beg. "Alle maner of men schuld holde Goddys biddyng for with oute holdyng of hem may no man be saued."

4. Altera Expositio in Decalogum; *Anglice.* fol. 18.
Beg. "Thou schalt have non alyen Goddes byfore me," etc. "Thys ys vnderstond thus."

5. Heer biginnith the fiue wittes, vii. werkes of man both bodeli and gostely. fol. 18 b.
Beg. "Also God freliche of his gret goodnes and nothing of thi deseruyng."

6. Haimonis Halberstad. de hypocritis tractatulus, cum expositione Anglicana. fol. 20 b.
Incip. "Littera occidit; etc. Duobus modis intelligendum est."
"Thes ben armys of Antecristes disciples aȝens trew men."

7. Sermo in symbolum. fol. 21 b.
Incip. "Firmissime tene et nullatenus dubites."

8. De xii. articulis fidei. fol. 23.
Incip. "Credite; Mat. ii. Gratia Domini nostri; etc. Karissimi si aliquis imperator vel rex."
In calce, "Expliciunt quatuordecim articuli fidei."

9. Expositio in Decalogum. fol. 26.
Incip. "Si vis ad vitam ingredi; karissimi fratres et sorores quidam predicant alta et subtilia."

10. In istud Cant. Cantic. 'Amore langueo;' *Anglice.* fol. 53.
Incip. "Thes two wordes beth wryten in the boke of love that ys callyd the songys of love."

11. Exhortatio infirmi antequam inungatur vel communicetur. fol. 53 b.
Incip. "Frater karissime gratias age Omnipotenti."
In calce sequuntur De memoria beneficiorum, de humanæ cognitionis consideratione, etc.

12. In istud "Redde rationem villicationis tuæ;' *Anglice.* fol. 59.
Incip. "My dere frendes ȝe schul vnderstonde that Cryst autor and doctor ofte preueth in hys book."
Sequuntur sermones de baptismo, et de corde, incip. "Firmissime tene et nullatenus dubites."

13. Expositio in Decalogum. fol. 67 b.
Incip. "Non assumes nomen Dei; Notandum quod in vanum vel frustra fieri dicitur."
Citatur Lincolniensis [scil. R. Grostete] frequentissime.

14. R. Grostete, ep. Lincolniensis, de mandatis liber. fol. 83.
Incip. "Sicud dicit apostolus, Plenitudo legis est dilectio."
In calce, "Explicit tractatus de mandatis secundum Lincolniensem episcopum nomine Grosthed."

15. Ejusdem Roberti liber de venenis. fol. 111.
Incip. "Omnibus hominibus qui recte sapiunt manifestum esse."
In calce, "Explicit Lincoln. de venenis."

16. Ex S. Augustino de decem chordis. fol. 126.
Incip. "Dicitur tibi ut spiritualiter observes Sabatum."

17. De sacerdotibus, quomodo se debeant habere, etc. ex SS. Patribus variis. fol. 126 b.
Incip. "Dolenter refero quod plures sacerdotes et alii viri ecclesiastici."
Ad fol. 133 occurrunt versus, incip.
"Viri venerabiles sacerdotes Dei
Precones altissimi lucerne diei;"
ut in Flacii Poematt. de corrupto statu ecclesiæ, p. 154, sub titulo "Golias ad Christi sacerdotes."

---

18. Troparium glossatum cum præfatione, auctore Thoma Haume. fol. 135.
Incip. præf. "Cum nonnulli qui circa Dominica peragenda cotidie solicitantur."
Incip. opus, "Dominica prima adventus Domini. Salus eterna indeficiens;" etc. "Istam sequenciam decantat ecclesia in Dominica prima."
Desin. "Satis plana est litera et ideo non indiget expositione."
In calce, "Explicit tropharium glossatum secundum Thomam Haume; et dicitur tropharium a trophos, grece, quod est conversio, latine, quia in illo libro continentur cantus, ad quos fit conversio post principales cantus, etc."

525.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 81, sec. xv.; [ol. 1277.]

1. Sermonum σκελετα in ista, 'Epulari et gaudere oportebat,' et, 'Quis revolvet lapidum.' fol. 1.
Incip. "Karissimi, Ista fuerunt verba de filio prodigo."

---

2. Liber collectus de gestis et translationibus sanctorum trium Regum de Colonia, in xlv. capita distinctus, cum tabula præmissa. fol. 10.
Incip. præf. "In primo capitulo hujus libri qui est collectus de gestis et translacionibus."
Incip. cap. i. "Cum venerandorum trium magorum, immo verius trium Regum."
Cf. cod. Ms. coll. Univ. xxxiii.
Desin. "pedibus hominum et animalium conculcanda et ibi ea obliviscitur."
Operis hujus auctorem suspicatur manus recentior fuisse Ricardum Lavynham, Ricardo Angliæ regi II. anno 1380 a confessionibus.

526.

Codex, partim membranaceus et partim chartaceus, in 4to, ff. 42, sec. xv. ineuntis; quondam domini Willelmi Preston, vicecomitis de Gormanston; [ol. 1078.]

Anonymi cujusdam Annales Hiberniæ ab anno Christi 1162 usque ad annum 1370.
Incip. "Anno Domini m.c.lxii. Gregorius pri-

mus archiepiscopus;" ut in Camdeni Britannia, ed. 1607, p. 794.

Præcedit notitia sequens, "The author of this Booke is vnknowne, it was brought (as is supposed) out of Irelande by the Lord Thomas Howarde duke of Norfolke Lord Threasorer and Earle Marshall of Englande, when he was Earle of Surrey and Lord Lieutenante of that Realme in anno II. regni regis Henrici octavi, and of late yeares given by the Lord William Howarde yongest sonne of Thomas late Duke of Norfolke vnto the Learned and Judicious Antiquarye Mr. William Camden, who put the same in printe, insertinge itt into his Brittannia and by him given to George, Lord Carew, in anno 1619."

In calce codicis occurrit notitia *Anglice* scripta, "The titil that the kyng of Engelonde hath to Irland."

Incip. "Whan the kyngis son had rayede all thyng that was for honour to cum into Irland."

527.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 287, secc. xii. exeuntis,—xiv., codicibus pluribus constans; [ol. 814.]

1. Vocabularium, seu Expositio vocum ad res legesque Romanas spectantium, ab anonymo quodam confectus. fol. 4.

Incip. "Exactis a Romana civitate regibus constituti sunt duo consules, ideo sic dicti quia plurimum reipublicæ consulerent."

2. [Ex Gratiani Decreto] particulæ; imperf. fol. 14.

Incip. in verbis, ——"deficit in probatione vel cum desiit ab accusatione."

3. Casus nonnulli ad res ecclesiasticas spectantes; fragm. fol. 21.

Incip. in verbis ——"vel possessiones hoc enim non solum delegatis."

Citantur Gelasius papa et alii.

4. Decisiones Papales de diversis ad episcopos aliosque in Anglia præcipue directæ. fol. 24.

Incip. "Super eo quod a nobis tua sollicitudo requisivit, utrum suam per appellationem."

Pontifices quorum occurrunt nomina, sunt Alexander papa III. Eugenius III. Innocentius II. et Lucius III.

Loca et nomina quibus directæ sunt, aliaque de quibus in litteris supradictis mentio fit, subjungimus; scilicet,

a. Joh. de Bliffelde; dioc. Cestrensis. fol. 24 b.
b. Rogerius, archiep. Ebor. fol. 25.
c. De lite inter monachos Exon. et Lincoln. necnon Gervasium clericum super ecclesiis de Tiptune et Acton. fol. 26 b.
d. De his, qui Thomæ Becket spolia tulerint, necnon de clericis qui in nece ejus interfuerint; etc. f. 31.
e. Rob. de Pinkeni, Will. Martinus, Simon de Sartis; in literis ad abbat. S. Mariæ de Fontibus et eccl. de Rippon spectantibus. fol. 32.
f. Fratres de Rufford et de Rupe. fol. 32 b.
g. Plura ad ord. Cisterciensium et abbatiam de Fontibus spectantia. ff. 32 b, *seqq.*
h. Ad abbatem S. Mariæ de Prato, decanum Cestrensem, et archid. Oxoneford de iisdem et de Wartsale. fol. 34 b, *seqq.*
i. Ad abbatem et fratres de Rievallis. fol. 35.
k. Ad Hugonem [Pudsey], ep. Dunelm. et W. de Merlei. fol. 36.
l. Ad abbatem de Ramesi et episc. Eliensem. fol. 37.
m. Thomas Barre ad eccl. de Rippele præsentatus. fol. 38.
n. Ad Thomam, archiep. Cantuar. de monachis de Boexle. fol. 38.
o. Ric. de Ver, dioc. Exon. fol. 38 b.
p. Ad Richardum, archiep. Cantuar. de electione episcoporum non canonica, [in regis scilicet camera] contra morem a Thoma Becket habitum. fol. 39.
q. Abbati et monachis Sanctæ Eildrede de terris in parochia de Brentenvilla. fol. 39 b.

5. Decisiones aliæ, sed anepigraphæ, ejusdem fere characteris, scil. de appellationibus, de matrimoniis illicitis, de simonia; etc. fol. 40.

Incip. "Suggestum est nobis quod clericorum tui episcopatus personatus."

6. De simonia, etc. expositio. fol. 46.

Incip. "Quoniam simonia decendit ab acusatione videndum est quid sit accusatio."

7. Libri de dictaminis instructione pars postrema. fol. 47.

Incip. "His visis, que premissa sunt, de salutacionibus in generali."

Ad calcem versus sunt quinque heroici de mensuris; incip.

"Ordea grana tria dant pollicium tibi largum."

8. [Ricardi cujusdam] Summa Theologiæ de symbolo, de officio sacerdotum, etc. oratione plerumque soluta, ex Willelmo de Montibus, cancellario Lincolniensi, confecta; cum prologo. fol. 55.

Incip. prol. "Qui bene presunt presbiteri dupplici honore digni habeantur."

Incip. vers.

"Hec sunt precipue sermonibus insinuanda."

Incip. opus, "Ad manifestationem singulorum prenominatorum per ordinem possunt induci auctoritates scripturarum et sententie magistrorum et specialiter dicta memorie bone M. W. de montibus quondam cancellarii Lincolniensis."

Desin. "faciendi quidem libros nullus est finis; hic ergo erit consummatus."

In calce notavit manus sec xv. "Explicit summa magistri Ricardi de Leicestria cancellarii de Cantebrigge."

Cf. Cod. MS. Bodl. 94, ubi est colophon, manu

scriptum coætanea, "Explicit summa magistri Ricardi."

9. Carmen de Algorismo, [auctore Alexandro de Villa—Dei.] fol. 96.
Exstat impress. inter Rara Mathematica, ed. Halliwell, 1839, p. 73.
Defic. codex in versu,
"Principium sumas operandi parte sinistra"——

10. De figuris dictionum. fol. 100.
Incip. "Barbarismus est una pars oracionis viciosa in commune sermone."
Desin.
"Lodeamque Helenam Trojanos vexit ad urbes."

---

11. Loci Communes; incip. "Est currus, qui Deum portat, unde Ps. Currus Dei decem milibus multiplex." fol. 103.

---

12. Definitiones morales. fol. 105.
Incip. "Puerorum corda sunt quasi tabula."

---

13. [In Aristotelis librum de physiognomia expositio.] fol. 109.
Incip. "Natura occulte operatur in hiis. Hoc verbum intitulatur ab auctore."

---

14. Notabilia super Aristotelis Meteororum libros iv. fol. 115.
Incip. "Postquam precessit rememoracio nostra de elementis, dicendum est de impressionibus."
Desin. "et hec de impressionibus sufficiant."
In calce, "Expliciunt notabilia super quartum librum Metheororum."
Sequuntur tabulæ de virtutibus et vitiis, de pedibus metricis, etc. et postea memorandum de eclipsi solis anno 1330 scriptum "per manus fratris Simonis de Burton, canonicum de Bridelingtona."

15. "Liber Sententiarum de diversis voluminibus." fol. 127.
Incip. "Cassiodorus de karitate. Dominus dicit in Evangelio Majorem karicatatem [*sic*] nemo habet."
Desin. "Deo hostia ipsi fuerimus."
In calce, "Hic explicit liber."

16. [S. Bernardi, abbatis Claræval.,] liber de diligendo Deo, cum præfatione. fol. 160.
Exstat impress. inter opera, tom. i. col. 583.
Præcedit capitulum de tentationibus.

17. Ex S. Anselmo de animabus hominum aliisque. fol. 164 b.
Incip. "Si animas descendere extra duce credere auderemus."

18. [Ex Physiologo de naturis animalium.] fol. 165 b.
Incip. "Est animal nominis acerrimi;" [cf. Hugonis de S. Victore opera, ed. Rothomag. tom. ii. p. 419.]

A 19. Homilia in die Quadragesimæ. fol. 166 b.
Incip. "Legimus in Sacris Scripturis."

20. De Antichristo. fol. 167.
Incip. "Legitur quod Antichristus nasciturus sit."

21. De Sacrorum ordinum excellentia. fol. 167.
Incip. "Quia Christianam militiam in baptismate."

22. Sermones octo de diversis. fol. 170.
B Incip. i. "Sermo in die Pentecostes. Spiritus Domini replevit orbem terrarum."

23. Narrationes morales ex physiologia desumptæ. f. 178.
Incip. "Navis per se descendit flumen."
Occurrunt hic illic anecdota et fabulæ, ut exempli gratia,
a. De piscatore, nomine Symon, Lincolniensi, et Alfreda Costar vidua ibidem. fol. 182.
b. Rogeri Nigri, ep. Lond. narratio de quodam diebus Dominicis in sylvas eunte. fol. 186 b.
C c. De bono milite regis Stephani. fol. 186 b.
d. De talorum lusore Parisiis anno 1254 combusto. fol. 187 b.

---

24. Loci communes. fol. 189.
Incip. "Crimen; originale, si non est baptizatus non debet ordinari."
In marg. super. *manu recentiori*, "William Elslay, taler of Epsam."

25. De pœnis inferni, quas vidit S. Paulus. fol. 191 b.
D Incip. "Interrogandum est, quis primus rogavit ut anime requiem."

26. Anonymi cujusdam expositio de ordine Missæ; in calce mutil. fol. 192 b.
Incip. "Dominus vobiscum; Salutat sacerdos populum et orat ut Dominus."

---

27. Expositio orationis Dominicæ. fol. 202 b.
Incip. "Pater noster," etc. "Hec oratio Dominica vocatur quia eam Dominus docuit."

E 28. Sermo in istud, 'Exite populus meus de Babilonia,' et alii. fol. 203 b.
Incip. "Fratres, duo regna in hoc mundo sunt constituta."

---

29. Exhortationes ad bene vivendum, ad sacerdotes, etc. fol. 210.
Incip. "Sic disce quasi semper victurus, sic vive quasi statim moriturus."

30. De septem Sacramentis. fol. 215 b.
F Incip. "Septem autem sacramenta sunt hec, Baptismus, Confirmacio."

---

31. Roberti Grostete, Lincolniensis episcopi, liber de oculo morali, cum prologo. fol. 220.
Incip. prol. "Si diligenter voluerimus in lege Domini meditari."
Incip. opus, "Sciendum igitur, quod sicut potest elici ex sententia Constantini."

Sequitur notitia Joh. de Garton, Ebor. dioc. A. D. 1359. A

---

32. Tractatus de confessione. fol. 257.
Incip. "Perambulavit Judas quinque civitates et perdidit impios ex eis."

33. S. Pauli visio, quam de pœnis inferni vidit. f. 263.
Incip. "Dies Dominicus est in quo angeli gaudent."

34. De gradibus ecclesiæ. fol. 264 b.
Incip. "Quot sunt gradus ecclesiæ." B

---

35. Lotharii diaconi, postea Innocentii papæ III., de miseria humanæ conditionis libri tres. fol. 265.
Tit. cap. i. "De miserabili statu condicionis humanæ."
Exstant sæpius impressi.

---

36. Directorium Sacerdotum simplicium. fol. 281.
Incip. "Volentes simplicium sacerdotum ignoranciis subvenire pauca collegimus." C
Desin.
"Raptor presbitero nequeunt [*sic*] a simplice solvi."

528.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 97, sec. xv. ineuntis; quondam Johannis Ston et Agnetis uxoris, ex dono Johannis, fratris ord. Min., postea Gulielmi le Neve, Clarencieux regis Armorum; D [ol. 1114.]

Ricardi Rolle de Hampole opera, quæ sequuntur,

1. De emendatione peccatoris sive de regula vivendi liber. fol. 3.
Tit. "Hic incipit tractatus secundum sanctum Ricardum heremitam de Hampul in cimiterio sanctimoniali de Hampule humatum, qui obiit anno Domini millesimo tricentesimo quadragesimo nono, qui tractatus est de emendacione peccatoris et habet duodecim capitula." E
Exstat impress. Paris. 1510.
In calce, "Explicit libellus Ricardi heremite de emendacione peccatoris."

2. Tractatus qui intitulatur 'Judica me Deus' extractus de verbis et libris sanctorum patrum precedencium sub compendio ad utilitatem Christianorum et precipue sacerdotum parochialium et aliorum curam habentium animarum. fol. 13.
Incip. Judica me Deus;" etc. "Quoniam qui de alienis cordibus judicare presumit." F
Desin. "ut post hanc vitam ad regnum Christi valeatis pervenire."
In calce, "Expliciunt confessiones Ricardi heremite."

3. Tractatus dictus, 'Oleum effusum,' pars scilicet commentarii super Cantica Canticorum. fol. 24.
Incip. "Expulsus a Paradiso pro transgressione divini precepti."
Desin. "in tua dulcedino te mecum et meis commendo sine fine, Amen; Amen."

4. Liber super lectiones mortuorum, sivo Parvum Job. fol. 42.
Incip. "Parce mihi Domine;" etc. "Exprimitur autem in hiis verbis."
Desin. "et incensu ignis inhabitans in eternum."
In calce, "Explicit iste tractatus quem composuit venerabilis Ricardus heremita de Hampolle super expositionem ix lectionum mortuorum."
Sequuntur versus,

"Talentum traditum timens suffodere fimum,
Sit pueris papulum hoc semen sparsit opimum:
Dilexit heremum sonuit sibi cantus amorum,
Quem geris in jubilum tu Christe corona Ricardum."

5. Incendium Amoris. fol. 70.
Tit. "Hic incipit incendium Amoris Ricardi heremite de Hampule."
Incip. "Admirabar amplius quam enuncio, quando siquidem sentivi cor meum."
Desin. "in qua si perseveravero, salvus ero."
In calce, "Explicit incendium amoris Ricardi heremite de Hampulle. Jhesu."

529.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 184, sec. xv. ineuntis; [ol. 1510.]

[Ranulphi Higdeni] Chronicon rerum Anglicarum a conquestu, ab anno 1343 ad 1390 ab anonymo quodam continuatum;
Ad fol. 122 b. ad annum 1342. "Hic Ranulphus Cestrensis finivit opus suum."
Incip. continuatio, "Hoc etiam anno nonis Junii natus est rege Edwardo, Edmundus apud Langeleye ex Philippa regina;"
Desin. "et duos jam percipiendos et expendendos ad voluntatem regis."
Consentit codex noster hic illic, tam cum Adami Murimuthensis, quam monachi Eveshamensis Chronico; et citatum est a Dugdalio 'Chronicon Eveshamense.'
Præcedit tabula eorum quæ in capitulis continentur singulis.

530.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 245, sec. xiii. exeuntis, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1104.]

1. [Gulielmi Peraldi, episcopi Lugdunensis,] summa de virtutibus, cum prologo. fol. 1.
Tit. "Incipiunt capitula in tractatu de virtutibus."
Exstat impress. in 8vo., Lugd. 1585.
In calce, "Tractatus virtutum explicit: Benedictus Dominus virtutum, qui incepit et perfecit. Amen."

Sequitur fragmentum kalendarii, ubi in die Febr. 3 notatur, "Anniversarium ducisse Austrie."

2. Summa de vitiis et virtutibus 'brevis et utilis, et primo de superbia.' fol. 224.

Incip. "Spina tibi prima ventosa superbia desit" etc. "Dicit quidam sapiens, omnis superbus intollerabilis."

Desin. "sed merita recipient in fine."

In calce, "Explicit summa de viciis et virtutibus brevis et utilis."

3. Alberti Magni sermo in istud, 'Præparate corda vestra.' fol. 227 b.

Incip. "Nota quod septem instrucciones circa cordis dispositionem."

4. De comparatione x. plagarum Egypti ad x. præcepta; etc. fol. 232.

Incip. "Racione decalogi solent."

5. De ordine petitionum 'Pater Noster.' fol. 233.

Incip. "Ordo naturalis vii. peticionum in Dominica oratione."

6. Auctoritates Patrum de diversis. fol. 234 b.

Incip. "Augustinus, Domine, scio nequaquam venire post te nisi gradiendo post te."

Desin. "amplius aditum non indulgere."

In calce est "epistola valde fructuosa et consolatoria cujusdam sancte mulieris;" incip. "Carissime, vos habetis, scitis et intelligistis sacram scripturam."

531.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 84, sec. xv.; [ol. 1095.]

1. Leonardi Bruni Aretini Commentariorum de bello primo Punico libri tres, cum prologo. fol. 1.

Tit. "Leonardi Arretini prefatio in libros primi belli Punici ad Spinetam."

Exstant impress. sub Polybii nomine e typ. Ascens. 1512.

---

2. Phalaridis Tyranni epistolæ ad diversos viginti una; *Græce*. fol. 79.

Inscripta est i. Πολυδεύκει, et exstat in edit. Schæfer. sum numero cxxxi.

Inscriptæ sunt reliquæ et in eadem edit. numeratæ, Πολυγνώτῳ, xcii. Κλεομενίδῃ, cxlvi. ['Αξιόχῳ, cxliv.] Γορδίᾳ, cxv. Δημοτέλει, lxxxi. Πολυστράτῳ, xc. Παυρόλᾳ, xxxvi. 'Ιππολοτίωνι, lxxii. Πολυτίμωνι, lxxiii. Νικίᾳ, lxi. Τεύκρῳ, lxxvi. 'Αδειμάντῳ, cxxiii. Αἰγεσταίοις, lxiv. Μενεκλεῖ, lxii. 'Επιστράτῳ, cxxix. 'Ονήτορι, cxxxi. 'Ετεονίκῳ, xxiv. Μεγαρεῦσιν, xli. Λεοντίνοις, xxxiii. 'Ιμεραίοις, xcvi.

Defic. hæc ultima in verbis, *καὶ παντοῖα ποιήματα παραινῶ*—in edit. cit. p. 304, l. 10.

Sequitur descriptio Siciliæ geographica, incip. *ἡ Σικελία περιέχεται ἀπὸ μὲν δύσεως καὶ ἄρκτων ὑπὸ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους.*

532.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 33, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; quondam E. Buggym; [ol. 1094.]

Hildeberti, Cenomanensis episcopi, epistolæ ad diversos quinquaginta sex.

Inscripta est prima, "Will. de Campellis."

Exstat impress. inter opera ed. Paris. 1708, p. 1, Epistolæ tamen in codice ordinem sequuntur, quæ in editionibus servata est vetustioribus, ex. gr. in Biblioth. Patr. Max. tom. xxi. p. 120.

Sequuntur manu recentiori, sec. scilicet xv. exaratæ, epistolæ quinque, quarum inscriptiones et initia;

a. "Episcopus W. comiti N. commonitorium salutis: Tam horrendo facinori præsentiam Domini regis tui dedecoravere." fol. 31 b.

b. "Tantam apud me tua prudens simplicitas moverit gratiam." fol. 31 b.

c. "Domino servus magistro presuli H. suorum minimus: Quod poterit strenuum fidelitatis obsequium." fol. 32.

d. "Regi sacerdos N. Accepta legatione vestra." fol. 32 b.

e. "Venerabili patri suo N. E. Sacerdos non meriti confidentia, sed pietatis affectu." fol. 33.

533.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 20, anno 1533 manu An. Samsoni nitide exaratus; [ol. 1299.]

Andreæ Gritti, Venetiarum ducis, Commissio ad Franciscum Foscarenum, quod sit potestas et capitaneus Bassiani 'de nostro mandato.'

In margine folii primi inferiori insignia sunt gentilitia F. Foscareni.

Ad calcem codicis, "Datum in nostro Ducali Palatio, die xix. Maii, indictione vi. m.d.xxxiii. An. Samsonus, Secret."

534.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 294, sec. xiii. exeuntis; binis columnis exaratus; [ol. 1108.]

Petri Lombardi Sententiarum libri quatuor, commentariis hic illic margini a manu recentiori adjectis.

Tit. "Incipit prologus super sententiis."

In calce, "Explicit quartus liber Sententiarum."

535.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 136, sec. xv., quondam D. Grimani, cardinalis S. Marci; [ol. 972.]

1. Nicolai Comitis, seu de Comitibus, Paduani, opus Astronomicum, in partes octo distinctum, cum epistola ad Marmeriam, filium, et præfatione. f. 1.

Tit. "Nicolaus de Comitibus Padue et comes et eques, filio suo Marmerie salutem plurimam dicit."

Incip. epist. "Cum te ab ineunte etate, fili carissime, in nobili astronomie scientia."

Incip. præf. "Astrorum sapientes de pluviis necnon de ceteris similibus aëris alteracionibus."

Incip. pars i. "De conjunctione duorum ponderosorum in triplicitate ignea. Si vero dicta conjunctio dictorum ponderosorum."

Desin. pars ult. "et melior est novissimus sermo quam primus. Et sic sit finis hujus opusculi ad laudem omnipotentis Dei ejusque genitricis; Amen."

Cf. Bernard. Scardeonii de civibus Patavinis, ed. Basil. 1560, p. 214.

Ad fol. 29 b, rubrica est, "Tabula mansionum lune facta per gradus zodiaci primi mobilis anno salutis, 1466."

2. Ejusdem forsan opus de mutationibus aëris, in partes sex distributum. fol. 68.

Incip. "Quia in multis voluminibus sapientes antiqui de mutacionibus aëris multa scripta fecerunt."

Desin. ult. "Item pecora exultancia, etc. In eodem libro usque ad finem, etc. Deo gratias; Amen. Finis."

536.

Codex membranaceus, in forma oblonga, ff. 48, sec. xiii., nitide exaratus; [ol. 1515.]

Gualteri de Castellione Alexandreis, sive de gestis Alexandri Magni poema heroicum, in libros decem distincta; cum prologo seu epistola auctoris.

Exstat impress. in 8vo, 1659, et alibi.

Sequuntur,

a. Argumenta decem librorum totidem supradictorum, incip.
"Qualiter Alexander duodenus sub Aristotile studuit, De Aristotile et quomodo cum introduxerit et artem regnandi ei tradiderit."

b. Glossæ super loca nonnulla operis; incip. "*Interea Macedo;* [lib. ii. vers. 139,] Mortua uxore Darii in exercitu Alexandri inter alios captivos."

537.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 51, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus; quondam Samuelis Clerke; [ol. 1282.]

Liber quod dicitur Saracenice 'Halmacreig' [sc. Al Macrig] seu Scala Mahometi per quam in cælos adscendit, jussu Alphonsi X. regis Castellæ et Imperatoris, per Abrahamum Judæum ab Arabico in Hispanum, et deinde a Bonaventura Senensi, notario, in Gallicum, traductus, cum præfatione et capitulorum tabula contentorum.

Tit. "Livre do leschiele Mahomet."

Incip. præf. "Ce est li liure qi hom appelo en Sarrazinois Halmacreig qe molt tant diro en Francois como monter on alt et ce liuro fist Mahomet."

Tit. cap. i. "Parole coment Gabriel li ange vient ad Mahomet et de ce qui li dise."

Incip. "Sachent touz celx des nostre parties du monde si com sunt Orient, Occident, Setentrion et Midi qui ce liure precieus verront et ovrunt qe jeo Mahomet fiz de Abdillehe et nez darabe de la cite de Mecchee."

Desin. "qui conter les ovrunt les doment certainement croire par chasqune chose sicom nos les avons escristes et escrivirons de ci en auant."

In calce, "Le liure fu de Espaignol en Francois tornez en lan nostre Sire Diex mil et ducenz et Sessant et quatre ou mois de May."

538.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 86, sec. xiii.; [ol. 1364.]

1. Sulpitii Severi de S. Martini episcopi vita liber, epistolæ tres totidemque dialogi, cum præfatione. fol. 1.

Tit. "Incipit prefatio Severi in vita S. Martini."

Exstant impress. inter opera, ed. Veron. 1741, pp. 1—148.

In calce, "Explicit dyalogus Seueri tertius de vita S. Martini episcopi."

Sequitur;

a. "Sermo beati Martini episcopi de S. Trinitate;" incip. "Clemens Trinitas est una Divinitas; ut autem per Sacramentum cognoscatur."

b. Epistola Gregorii, Turonensis episcopi; de transitu S. Martini. fol. 74.

Incip. "Archadio igitur et Honorio."

c. Ejusdem alia de obitu S. Martini. fol. 75.

Incip. "Beatus autem Severinus Coloniensis."

d. Alia ejusdem de transitu S. Martini. fol. 76.

Incip. "Eo namque tempore."

e. Sermo ipsius de translatione corporis S. Martini. fol. 76 b.

Incip. "Opere precium est enim."

f. Epilogus magistri Alcuini de miraculis beati Martini. fol. 78.

Incip. "Postquam Dominus noster Jhesus Christus;" ut inter opera, ed. 1777, tom. ii. p. 159.

2. S. Bricii vita. fol. 82.

Incip. "Igitur post excessum;" ut in Gregorii Turon. Hist. Franc. lib. ii. col. 40.

3. Sermo de gestis beati Gregorii papæ. fol. 84.

Incip. "Gregorius igitur genere Romanus, patre Gordiano, matre vero Silvia editus."

Abbreviatio est, uti ex initio conjectare licet, vitæ a Paulo Diacono scriptæ.

In calce notatum est manu antiqua, "Quere vitam Sancti Hilarii que post hunc librum est legenda sub O in libro Johannis Crisostomi super Matheum."

539.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 96, sec. xiii.; [ol. 1269.]

Philippi Gualteri de Castellione Alexandreis sive de vita Alexandri Magni libri decem, carmine heroico, notis hic illic locupletioribus instructi.

Exstat impress., in 8vo, 1659, et alibi.

Incip. not. "Moris est usitati; Sicut verum est operi suo."

Desin. "non dedigneris; id est non dedigneris hoc carmen fieri ad honorem tui."

In calce, "Hic liber est scriptus qui scripsit sit benedictus."

Deinde scriptitavit nescio quis versus xvii. heroicos, incip.

"Labitur iste labor sed ego de labe relabor."

540.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 124, sec. xiii. exeuntis; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1359.]

1. Anonymi cujusdam auctoris Quodlibeta Tria, quorum unumquodque in quæstiones plures divisum est. fol. 1.

Quodlibetum Primum in quæstiones triginta tres distinguitur, quarum prior, "Utrum relatio in aliquo priori ex parte rei constituat aut distinguat," et incip. "Questiones quodlibetice in disputando de quolibet possunt habere ordinem secundum scientias ad quas pertinent, quia quedam erant de philosophia naturali."

Secundum in quæstiones novem distribuitur; et incip. "Quærebantur de Deo quedam, quedam de creaturis."

Citantur S. Augustinus, Albertus Magnus, et in fol. 62 b, col. 1, Frater Egidius, [Romanus seu de Columna?]

Tertium quæstionibus xix. comprehenditur, et incip. "Utrum sit dare in entibus aliquod unum primum, quod sit omnium aliorum causa; quod non videtur, secundum philosophum secundo metaphisice."

Desin. "sed ad justificacionem creature rationabilis infundit ipsum solus Deus, qui est in secula benedictus."

In calce, "Explicit tertium quolibet."

Sequitur titulorum tabula.

2. Cæsarii, Heisterbachiensis, monachi ordinis Cisterciensis, exemplorum libri duo, cum prologo. fol. 101.

Tit. "Prologus in librum exemplorum Cesarii monachi ordinis Cisterciensis."

Incip. "Qui infirmus est olera manducet. Fragmentis pulmentum adjiciendum est, quo Christi reficiantur pauperes. Confessus sum in præfatione Dyalogi, qui per meum ministerium ad abbatis mei imperium conscriptus est."

Opus de quo hic agitur idem est ac istud impressum sub titulo "Illustrium miraculorum et Historiarum," etc. Colon. 1591.

Desin. prol. "non enim in hoc opusculo dyalogi morem servare volui, neque ejusdem generis exempla ubique continuare potui; sed quia mihi sunt comperta vel a personis relata veredicis, prout occurrunt scripto commendavi loco quarti libri et quinti, passionem et miracula domini Engelberti, Colon. archiepiscopi, qui me ista scribente occisus est, inserens. Nomen auctoris initiales literæ librorum conjuncte declarant."

Incip. lib. i. "Cum Dei Filius, Dominus ac Redemptor noster Jhesus Christus Sacramentum Corporis."

Incip. lib. ii. "Die quodam in Parisius cum scolas cujusdam eximii magistri disputatio haberetur."

Desin. "commissam culpam deflevit et veniam peccatorum optinuit."

In calce, "Expliciunt miracula optima."

541.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 208, sec. xiv., quondam eccl. B. Mariæ in Ebirbach; [ol. 1361.]

Vita et Res gestæ S. Bernardi, abbatis Clarævallensis, libris quinque comprehensæ, per Gulielmum eccl. S. Theoderici abbatem aliosque scriptæ.

Tit. "Incipit prologus domni Wilhelmi, abbatis Sancti Theoderici, in vitam Sancti Bernhardi Clarevallis abbatis."

Exstant impress. inter opera, edit. Paris. 1690, vol. ii. coll. 1061—1160, F. 7.

In calce, "Explicit vita beatissimi patris nostri Bernardi primi abbatis Clarevallis.
Merces scriptoris . sit laus perpes et honoris
Hic liber est scriptus . qui scripsit sit benedictus;
Liber Sancte Marie virginis in Eberbach."

542.

Codex chartaceus, in 4to majori, ff. 16, sec. xvi., quondam Cuthberti [Tonstall, ep.] Dunelmensis; [ol. 1392.]

Liber qui vocatur, 'Boldon Book,' seu inquisitio de consuetudinibus et redditibus totius episcopatus Dunelmensis facta per Hugonem [Pudsey] episcopum anno 1183.

Exstat, edente Henrico Ellis, in App. ad 'Domesday Book,' vol. iv. p. 565.

Sequuntur chartarum et Inquisitionum copiæ ad sedem Dunelmensem spectantium; scilicet,

a. Revocatio seu certificatio processus Hugonis de

Cressyngham, Justiciar. regis in itinere Northumbriæ, facta de captione libertatis episcopat. Dunelm. in manu regis; dat. Westm. 6. Jun. 21 Edw. I. fol. 9.

b. Placita coram Hugone de Cressyngham et sociis suis Justiciariis apud Novum Castrum super Tynam in crastino S. Hilarii A. D. 1293. fol. 9.

c. Charta Henrici II. de missione justitiarii regis in terram S. Cuthberti non ex consuetudine sed ex gratia; dat. Wodestok. fol. 11.

d. Charta regis Johannis super confirmationem libertatum et consuetudinum episcopatus Dunelmensis; dat. Kyrkeby, in Kendale, 21 Aug. 10 Joh. fol. 11.

In calce, "Carta predicta est in custodia domini de Nevill, etc."

e. Charta regis Edwardi primi de indemnitate hominum de episcopatu Dunelm. ut non compellantur transire ad pugnandum; *Gallice*; dat. Chalfont. 10 Febr. 31 Edw. I. fol. 11.

f. Charta Edwardi III. ne homines episcopatus transeant extra ad pugnandum; dat. Berwic: apud Twedam, 27 Jul. 7 Edw. III. fol. 11 b.

g. Charta ejusdem pro indemnitate hominum de episcopatu Dunelm. ut non compellantur ad subsidium persolvendum; dat. Westmon. 20 Nov. anno regni 48. fol. 11 b.

h. Recordatio pistarum de Tyna. fol. 11 b.

i. Inquisitio facta coram Simone de Esshe, Vic. Dunelm. anno episcopat. Ricardi [de Bury?] quarto de damnis, oppressionibus et illesionibus atque transgressionibus et injuriis contra ecclesiam et libertatem eccl. Dunelm. fol. 12.

k. Charta Ricardi I. confirmans Willelmo regi Scotorum omnes libertates ejus, rectitudines, etc. fol. 12 b.

l. Charta Henrici I. de libertate calumniarum contra Northumbriam apud Nottingham. fol. 12 b.

Cf. Dugdal. Monastic. ed. novam, tom. i. p. 242, § xi.

m. Acquietantia Edwardi III. de mille marcis solutis ipsi de conditione episcopat. Dunelm. dat. Ebor. 2 Jun. 9 Edw. III. fol. 13.

n. Mandatum ejusdem ad levandum ccclii. li. xvi. s. de episcopatu Dunelm. in partem solutionis quinquaginta mille librarum eidem concessarum per totam Angliam; dat. Walingford, 1 Septemb. 46 Edw. III. fol. 13.

In calce,

a. Chartæ copia Radulphi prioris et conventus de Dunelmia confirmantis Waltero de Selby ccxl. acras de vasto in Haworth inter Merburne et Blackburne.

b. Thomæ Barlow de codicis contentis epistola.

543.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 103, sec. xvi. exeuntis; [ol. 1409.]

Jacobi Bonfadii Annalium Genuensium ab anno 1528 ad annum 1550 libri quinque.

Tit. "Bonfadii historiæ Genuensium libri v."

Impress. exstant in Grævii Thesauro Antiquit. et Hist. Ital. ed. Lugd. 1725, tom. i. part. ii. col. 1329.

544.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 28, sec. xiii., binis columnis bene exaratus; [ol. 1410.]

1. De virtutibus et vitiis tractatus. fol. 1.

Incip. "Tractaturi de virtutibus et viciis, primo de virtute agendum est."

2. De septem vitiis principalibus; primo de superbia. fol. 4 b.

Incip. "Vidi de mari bestiam;" etc. "Verba sunt Johannis in apokalipsi;"

3. Tractatus de vitiis principalibus; primo de superbia. fol. 8.

Incip. "Superbia est elatio viciosa, que inferiorem despiciens, superioribus et paribus satagit dominari."

Illustratus est tractatus iste citationibus e SS. Patribus et Scripturis collectis.

Desin. "Muliebris sexus frequens accessus reprehensibiles exhibet clericos."

4. Sermo in nativitate B.V.M. fol. 16.

Incip. "Egredietur virga, etc. Prophetia est de nativitate beate virginis."

In marg. scribitur 'Cancellarius,' cui subaudiendus est forsan 'Parisiensis.'

5. In annuntiatione B.M.V. fol. 17 b.

Incip. "Quatuor habet interpretationes hoc sanctissimum nomen."

6. De septem principalibus peccatis. fol. 18.

Incip. "Super tribus sceleribus Moab."

7. De omnibus sanctis. fol. 18 b.

Incip. "Quoniam vicia Christus represserit, et virtutes augmentaverit."

8. De S. Andrea. fol. 19.

Incip. "Venite post me, etc. Notandum quod tres sunt modi veniendi ad Dominum."

Iterum in margine notatur 'Cancellarius.'

9. De nativitate Domini. fol. 19 b.

Incip. "Plenitudo legis est dilectio. Verbum est apostoli ad Romanos."

10. In die palmarum. fol. 20.

Incip. "De asina super qua Dominus sedit, quando venit Ierosolimam."

11. De S. Spiritu. fol. 20 b.

Incip. "Tempus est dilectionis et tempus odii."

12. De prædicatione. fol. 21.
Incip. " Dominus per Ysaiam dicit Annuncia populo meo peccata eorum."

13. De contemptu mundi. fol. 24.
Incip. " Sapientia edificavit sibi, etc. In principio sermonis hujus tria nobis investiganda sunt."

14. Nota de cibo sanctorum. fol. 25 b.
Incip. " Quis est cibus in celo sanctorum."

15. In istud, ' Filia mea modo defuncta est.' fol. 26.
Incip. " In ista siquidem Jhesus difficultatem."

16. In passione Dei. fol. 26 b.
Incip. " Christus assistens pontifex, etc. Qui ex Deo est verba Dei audit."
In margine fol. 27 inferiori leguntur versus quatuor incip.
" Efficit audacem petitorem passio Christi."

17. De S. Maria Magdalena. fol. 28.
Incip. " Rogabat Jhesum quidam phariseus, etc. Multis modis, fratres karissimi, voluit Dominus invitare peccatores."

545.

Codex membranaceus, in folio, ff. 209, sec. xv. ineuntis, binis columnis exaratus; quondam fratris Ambrosii Kelle, postea Petri Hobard de Donington; [ol. 1378.]

Ranulphi Higdeni Polychronicon libris septem comprehensum, cum indice alphabetico præmisso.
Excisa sunt folia tria inter ff. 203 et 204, ab anno scilicet 1229 ad an. 1264 inclusive.
Desin. in verbis, " Anno Domini m.ccc.lxxiii. vi. idus Junii, quo die festum Sancte Trinitatis contingebat"——

546.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 61, sec. xi. exeuntis, bene exaratus; quondam eccl. S. Johannis et S. Godrici de Finchale; [ol. 1380.]

S. Juliani, archiepiscopi Toletani, Prognosticon libri tres, cum epistola ad Idalium Barcinonensem prævia.
Tit. " Incipit prefatio in libro Julii Pomerii, urbis Toletanae episcopi."
Exstant impress. in Bibl. Patr. ed. Colon. tom. vii. p. 472.
Sequitur initium libri de die judicii, incip. " Gloria Omnipotenti Deo qui os nostrum superno nutu."
Præcedit folium rejectaneum in quo Lectiones sex in die S. Johannis Beverlacensis, archiepiscopi Eboracensis.

547.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 55, sec. xii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; initio mutilus; [ol. 1374.]

Summa Juris Canonici in libros viii. distincta, ex Decretis papalibus, conciliis, etc. collecta; imperf.
Hodie restant modo libri quatuor posteriores, quibus præcedit pars quarti ultima, incip. in verbis; " — non est pro accusatione habendum."
Incip. lib. v., absque titulo, " Si quis presbyter vite sue negligens pravis exemplis mala ;" et est de testibus, etc.
Liber sextus agit de matrimonio.
Liber vii. titulum habet " Incipit septimus de separatione conjugii ob causam fornicationis."
Liber viii. incipit in S. Augustini epistola ad Publicolam, " Omnes leges tam ecclesiastice quam seculares effusionem sanguinis humani prohibent;" et desin. " servata fide canonum paternorum regula circa eas personas, quæ in Dominum a fide discedendo peccaverunt."
Sequitur tabula numeralium usque ad ' Mille Millium ;' et deinde, " Littera numerabilis minus significans si propter tantum demit de sequenti quantum in se habet. Littera numerabilis cui titulus superscribitur transit in millenarium numerum."

548.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 212, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1377.]

1. Willelmi Malmesbiriensis de Gestis regum Angliæ libri quinque, cum prologo. fol. 3.
Exstat impress. ed. Hardy, Lond. 1840.

2. Ejusdem Historia Novella, cum prologo. fol. 194.
Exstat ibid. p. 687.
In tegumento exteriori leguntur literæ initiales possessoris cujusdam, scil. " I. T."

549.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 12, sec. forsan ix. exeuntis, bene exaratus et servatus; quondam liber sancti Gorgonii Gorziensis cenobii; [ol. 1276.]

1. Ludovici Imperatoris epistola ad Hilduinum abbatem de vita S. Dionysii et sociorum. fol. 1 b.
Tit. charactere scriptus unciali, " Incipit epistola Chludovvi Imperatoris missa ad Hilduinum, abbatem monasterii Sancti Dionisii martyris sociorumque ejus."
Exstat impress. apud Surium, mens. Octob. p. 634.

2. Ejusdem Hilduini liber de vita Dionysii ad Ludovicum. fol. 3 b.
Tit. *Litt. Maj.* " Rescriptum ejusdem ad serenissimum imperatorem domnum Chludovvicum, unde et qualiter sumpta sunt ea quae in

corpus unius textus secundum jussionem ipsius redegerat ex Grecorum et Latinorum historiis de notitia excellentissimi martyris Dionysii."
Exstat ibid. p. 635.

3. Epistola ejusdem "abbatis indigni ad cunctos sanctæ catholicæ matris ecclesiæ filios," etc. fol. 11.
Ibid. p. 641.
In calce manus aliquantum recentior seriem opusculorum exaravit sequentem, "Epistola Chludovvici Imperatoris: Passio Sancti Dionysii, martyris: Vita Sancti Columbani, abbatis: Relatio cathene Sancti Petri: Deposicio Sancti Satyri confessoris: Augustinus de moribus sancte ecclesie catholice."

550.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 120, sec. xv., anno 1605 Ricardi St. George 'Norroy' regis Armorum; [ol. 1375.]

The chronicle of England commonly known as the Brute chronicle, from Brute to the death of Henry the fifth.

Tit. "How the land was first callid Albyon and of whom it had that name ye shal here as foloweth aftirward."

Beg. "In the yeer for the begynnyng of the worlde m^{l}.m^{l}.m^{l}.lxxxx.ix. yer was in the noble lond of Greece."

It agrees frequently verbatim with the Caxton Chronicle when relating the same events, but otherwise is different.

It ends, "him vexid til he deide in the Castel of Boys Vincent ye last day of August whanne he hadde regned ix. yeer v. months iii. wekes and iii. daies and is buryed at Westmynstre: on whos soule Jhesu Christ haue mercy: Amen."

551.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 164, anno 1506 binis columnis bene exaratus; [ol. 1376.]

Jacobi de Vitriaco de Historia Hierosolymitana libri tres cum prologo et capitulorum tabula.

Tit. "Historia magistri Jacobi de Vitriaco, quondam episcopi Achonensis, postea Romane curie cardinalis de gestis partium orientalium et occidentalium."

Exstat apud Gesta Dei per Francos, ed. Bongarsio, p. 1047.

Longior tamen est textus in codice quam in libro impresso, quoniam post verba "Christianis cepit in via maris," quibus in edit. concluditur historia, in codice continuatur, "Erubescat humane mentis temeritas," [ut in Oliveri Scholastici historia Damiatina, ed. Eccardo, tom. ii. col. 1423,] et desin. "et reducet illos in via mirabili," [ut ibid. col. 1439.]

In calce, "Explicit tercius liber hystorie Iherosolimitane magistri Jacobi de Vitriaco scriptus ac finitus anno Domini millesimo quingentesimo sexto in vigilia vigilie Nativitatis B. M. Virginis."

Præmissa sunt codici testimonia de auctore ex Vincentio Bellovacensi et aliis.

552.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 32, sec. xv. ineuntis; [ol. 1586.]

1. Prosperi Aquitanici Epigrammatum liber, sententiis ex S. Augustino interpositis, præviis vita poetæ brevi et prologis duobus; cum commentario in margine continuo.

Incip. vita "Iste Prosper fuit Equitanicus vir eruditissimus omniumque arcium dogmate peritus."

Incip. prol. i.
"Hec Augustini ex sacris epigrammata dictis."

Incip. prol. ii. "Dum sacris mentem;" ut inter opp. edit. Bassan. tom. i. p. 331.

Incip. comment. "Materia istius libri sunt sacra dicta Augustini: Intentio sua est describere illa dicta sacra pentametris et exametris versibus."

2. Ejusdem, seu Prosperi Tironis, ad uxorem, ut vitam ducat cœlibem, carmen elegiacum, cum prologo, versibus anacreonticis. fol. 28 b.

Incip. prol.
"Age jam precor mearum
Comes inremota rerum."

Incip. carm.
"Qui centum quondam terram vertebat aratris,
Estuat ut geminos possit habere boves."

Incip. comment. "Age jam, etc. Finito opere principali subjungit beatus Prosper opusculum quoddam, in quo alloquitur ad conjugem suam."

Desin. carm.
"Ut caro non eadem tantum sed mens quoque nobis,
Una sit atque duos Spiritus unus alat."

In calce, "1446 habebam scolares circha 50 et feci, fatear, pastili 5 quarterios pro scolaribus et aliquibus donationibus et emi lb. x. casey.

Nota quod in solempnitate domine sancte Marie Candelarum oportet me habere primo cereos 4 medie libre;" etc.

553.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 75, sec. xv.; [ol. 1118.]

1. Liber de Herbarum virtutibus, in capitula plura distinctus, ordine alphabetico; *Anglice.* fol. 7 b.

Incip. "Agnus castus ys an herbe that clupeth Toussane, other Park leues, and this herbe hath leues somdel redelich to the leues of orage."

Desin. "The vertu of this herbe [Solatrum Nigrum] is if that a man ete of hure he wol make hym wel to slepe."

In calce, "Explicit liber de virtutibus herbarum." A

Cf. MS. Arundel. in Mus. Brit. Bibl. cclxxii. fol. 34.

Præcedunt,

a. Præscripta varia ad parandum cibos; *Angl.* fol. 5.

b. Regulæ ad determinandum de aëris temperie. fol. 7.

2. Liber alter de herbarum virtutibus; imperf. *Angl.* fol. 20.

Incip. "Here may men se the vertu of herbes, which ben hot and which ben colde." B

3. Liber de medicinarum proprietatibus; imperf. *Angl.* fol. 24.

Incip. "— male in a morter and sethe hem in fayre water tyl the haluendel be wasced."

4. Hippocratis libellus de urinis; *Angl.* fol. 30 b.

Beg. "Ypocras this boke made ȝare and sende to the Emperour Sesar, wytyth wel that thys boke ys gode leche."

5. Præscripta medicinalia, libris sex; *Angl.* fol. 32 b.

Tit. "Here techeth *Galien* the leche of mete and of drynke and of blod letyng. C

Incip. "In the monthe of Janyuer fastyng whit wyn is gode to drynke."

Desin. lib. vi. "Also this medycyne ys gode for brennyng of the herte, so that hyt stonde nouȝt to myche by garlek, et sic finitur liber."

In foliis rejectaneis duobus ad initium codicis legitur Epistola Innocentii papæ [VI.] Thomam de Shifford canonicum instituens Herefordensem. D

554.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 177, sec. xvii.; [ol. 1523.]

Numismatum elenchus a Gulielmo Laud, archiep. Cantuariensis, Academiæ Oxoniensi donatorum.

Tit. "Numismatum ad rerum antiquarum cognitionem spectantium et in arculas v. digestorum elenchus." E

Notulis illustrata est manu Ger. Langbaine, Thomæ Rowe, et forsan Thomæ Barlow, scriptis.

In calce, "Atque ita tandem quintæ ultimæque numismatum nostrorum arculæ manum ultimam apposuimus: et nec ultimam tamen. Nam quæ vacuis arcularum loculis videmus adhuc deesse ea nobis adjiciendi curam non deesse indies apparebit; quodque demum ipsi non possumus aliis postmodum, qui commode poterint, supplendum complendumque relinquimus;" deinde manu propria, "Ex ædibus nostris Lambethanis Junii 27. 1639. W. Cant." F

Sequitur, manu Thomæ Rowe sive Roe, equitis, "All these medalls of silver and all my brass medalls in ȝe press at London, I have given to ȝe librarye in the Universitye of Oxford; which I desire may be sent thither, when safely they may, and if these tymes doe not ruyne both ȝe Universitye and librarye; Julii 6, 1644. Tho. Rowe."

555.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 170, sec. xiv., binis columnis exaratus; quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1072.]

Nicolai Gorrani, seu de Gorham, Distinctiones theologicæ, ordine alphabetico dispositæ.

Incip. "Abeuncium per hunc mundum alii abeunt male et alii bene. Abeunt male tria genera hominum."

Desin. "ante diem obitus preparemus nos ut preparati intremus ad nupcias cum Domino Jhesu Christo. Amen."

In calce,

"Finito libro . debemus vina magistro;
Explicit iste liber . sit scriptor crimine liber.
Explicit expliceat . ludere scriptor eat,
Explicit iste liber benedictus omnipotens rex."

Deinde tabula, ad cujus finem, "Expliciunt distinctiones fratris Nicholai de Gorham de ordine fratrum Predicatorum; Amen."

Sequitur sermo de passione Christi, in istud, Ruth. i. "Nolite me vocare Noemi."

556.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 114, sec. xvii.

Catalogus librorum MStorum, quos Bibliothecæ Bodleianæ dedit vir clarissimus Gul. Laud, archiep. Cantuar. secundum linguas dispositorum.

Præcedit epistola archiepiscopi de custodia codicum, cum præfatione [manu Tho. Barlow, Bibl. Bodl. Protobibliothecarii.]

Titulus ultimus est, "Libri MS. e collegio Herbipolensi sumpti anno Domini 1631, cum Suecorum regis exercitus per universam fere Germaniam grassarentur."

557.

Codex chartaceus, in folio minori, ff. 68, sec. xv., quondam Rogeri Thorney, mercer, postea Johannis Stowe, [an historici?]; [ol. 1124.]

The Siege and destruction of Thebes by John Lydgate.

Tit. "The prologe off Thebes."

At the end,

"Here endith now the fynall destruction
Of myghty Thebes the roiall toun."

"O bona fortuna . cur non es omnibus una,
Es bona divitibus . es mala pauperibus."

"Constat Rogero Thorney, mercer."

"John Stowe;" and on the first leaf "This is John Stowe's boke."

558.

Codex membranaceus, in folio, ff. 320, anno 1460 manu Hermanni de Gripesualdis apud Sarum bene exaratus; quondam Gilberti Kymer, decani Sarum, postea Petri Mounsell; [ol. 1577.]

1. Anonymi cujusdam super Hippocratis Aphorismos quæstiones cclxi. secundum ordinationem Nicolai [Nicoli, Florentini]; initio mutil. p. 4.

Incip. in verbis præfationis, "—— logicam. Item scientie non sunt principales quia sunt. de aliquibus entibus."

Incip. quæst. "Utrum ista scientia sit practica aut speculativa? Quod sit speculativa patet, Nam genus et species habent fieri circa idem."

Et postea, "Vita brevis, ars vero, etc. Juxta istum afforismum queritur, Utrum vita hominis possit perpetuari in esse; Quod sic patet."

Desin. "resistit sub cute . et sic est finis hujus operis; Deo laus; Amen. cclxi. questiones exceptis questiunculis et dubitacionibus."

In calce, "Expliciunt questiones afforismorum Ypocratis anno Domini millesimo cccc^{o}. lix^{o}. quarto die mensis Augusti, per Hermannum de Gripesualdis, alias Zurke, in vico Draconum ville Sarum."

2. Johannis de Corpo quæstiones super Hippocratis Prognostica. p. 228.

Incip. prol. "Sicut scribit philosophus quarto Metaphisice Omnium eorum que attribuuntur."

Incip. quæst. "Omnis qui medicine artis," etc. "ubi queritur, Utrum ars pronosticacionis sit nobilior et sublimior."

Desin. "ratio non concludit et sic patet ad questionem et sic est finis hujus operis. Deo laus."

In calce, "Expliciunt questiones super pronostica Ypocratis perituri facte a magistro Johanne de Corpo et partim ab aliis doctoribus aggregate. Scripte per Hermannum Ȝ. alias de Gripesualdis pro domino Gilberto Kymer, medicinarum doctore, decano Sarum, anno Domini m.cccc.lix. vicesimo quarto die mensis Octobris in vico draconum."

3. P. de Capite–Stangno Quæstiones super librum Hippocratis appellatum de regiminibus acutorum; cum prologo. p. 398.

Incip. prol. "Eorum que fiunt, quedam fiunt a natura tantum, quedam ab arte tantum."

Incip. quæst. "Ptisana vero ordeacea," etc. "ad cujus euidenciam objiciebatur de hoc quod Ypocrates dicit."

Desin. "quinto de simplici medicina, quare ratio non concludit; et sic est finis hujus, Deo gracias."

In calce, "Expliciunt questiones super librum Ypo. dictum de regimine acutorum facte a magistro P. de Capite Stangno. Scripte per Hermannum Zurke, alias de Gripesswaldis, pro domino decano Sarum Gylberto Kymer; anno Domini m^{mo}.cccc^{mo}.lix^{o}. vicesimo octavo die mensis Novembris in vico Draconum."

4. Quæstiones de pulsibus. p. 524.

Incip. "Utrum cor sit primum et principale membrum, et videtur quod non, quia membra consimilia."

Desin. "patetque per dicta ad quesitum. Et sic est finis hujus operis; Deo laus."

In calce, "Expliciunt questiones de pulsibus anno Domini m.cccc.lx. xi. die mensis Januarii per Hermannum Ȝ. alias de Gripesualdis Sarum in vico Draconum."

Sequitur tabula Capitulorum omnium quæstionum prædictarum, et in fine colophon, "Expliciunt tytuli questionum de pulsibus anno Domini millesimo cccc.^{mo} quinquagesimo ix. quarto decimo die mensis Januarii per Hermannum Z. alias de Gripessualdis; et sunt in toto libro sive volumine 545 questiones, exceptis questiunculis et dubiis quibusdam questionibus adjunctis in vico. Draconum dominus decanus Sarum. M. G. K. est possessor, etc."

559.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 156, sec. xv.; quondam familiæ de Westcote, de Ludgershall, postea Roberti Royse; [ol. 1222.]

The romance of King Bocchus and Sidrac, translated from the French by Hugh Campden.

Printed at the expense of Robert Saltwood, a monk of S. Augustine, at Canterbury, 1510.

Prefixed are notices of the births of members of the Westcott and Fowler families, 1535—1574.

The epilogue is as follows,

"Praye we now with all our might
Unto God of heuene light
That he leve vs soo to do
That we heven may come vnto
That we shall to alle y wene
And that y Hughe of Campedene
That this boke hath thorogh sought
And vnto Englyssh ryme hit brought
Leve in joye withoute synne
And that he Goddis love here may wynne
Soo that he at his lyves ende
Vnto the blis of heuene to wende; Amen."

560.

Codex chartaceus, in folio, ff. 88, manu Vitalis Berardi anno 1473 scriptus, quondam conventus Casæ-Dei; [ol. 1224.]

Humberti de Costa, ord. Carmelitarum, liber de synagoga dæmonum.

Tit. " Hic est tractatus de synagoga demonum a fratre Humberto de Costa sacre theologie doctore, ordinis Carmeli conventus Lugd."

Incip. " In nomine Sancte, etc. Quia innotescit quod virorum plurium piorum nimis frequentata relatione."

Des. " ferentes seu confectos et sententias eorundem. Vidit De Costa
post rescriptum a proprio originali per me subsignato facto et a pluribus sacrosanctis sanctioribus et scripturis collecto sumptum et transcriptum per Vitalem Berardi notarium publicum loci Casedei hic signetum meum in robur et fidem majorem apposui anno Domini 1473."

Deinde, " Reverendissimus in Christo pater et dominus R . . . . . de B . . . . t abbas istius monasterii Casedei pro salute et remedio anime sue hunc librum dedit suo conventui anno 1477 kalendas Augusti.

Iste liber est venerabilis conventus Casedei."

561.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 140, sec. xii.; quondam ecclesiæ B. Mariæ Virginis Ebirbacensis; [ol. 1246.]

ALBERTI Aquensis de historia Hierosolymitana libri sex priores, capitum tabula libro unicuique præfixa.

Tit. " In nomine sancte et individue Trinitatis. Incipit liber primus Christiane expedicionis pro ereptione, emundacione, restitucione Sancte Ierosolimitane ecclesiæ."

Exstant impress. apud Gesta Dei per Francos, pp. 184—292.

In pagina prima scripsit manus recentior, "Auctor hujus libri vocatur Gotefridus."

562.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 327, secc. xiv. et xii.; quondam eccl. Ebirbac.; [ol. 874.]

1. HENRICI DE STETHIN super librum Sapientiæ postilla. fol. 1.

Incip. prol. " Dominus petra mea ;" etc. " Artes et scientie humanis studiis adinvente per accionem."

Incip. opus, " Diligite justitiam ;" etc. " Circa istum librum, qui liber sapientie nuncupatur, sunt in principio tria notanda."

Desin. " sapientia deducet ad regnum perpetuum, ad quod nos perducat Qui sive fine vivit et regnat."

In calce, " Explicit postilla Sapientie completa Parisius per fratrem Henricum de Stethin anno Domini millesimo ccc.xlvii. in die Sancte Margarete virginis."

Sequitur tabula alphabetica, cum præfatione brevi ; et in calce, " Expliciunt tituli questionum hujus libri, qui completi fuerunt in die Septem Fratrum anno Domini m.ccc. xlvii. Parisius per fratrem Henricum de Stetthin in Alamania ; exemplar tabule parum valuit presertim in cifris ; credo quod post 100 pauce sint vere, sed sub centenario numero major pars est vera ut patet per se. Crede si vis."

---

2. HIEREMIÆ prophetæ liber ; glossa marginali et interlineari ordinaria instructus. fol. 196.

Incip. gloss. " *Origenes.* Deus ad benefaciendum promptus est ;" ut in editt. Lyran.

In calce, " Explicit Hieremias. M. Albuini."

3. HIEREMIÆ Lamentationes, cum PASCHASII aliorumque glossa ordinaria. fol. 288.

4. Exemplar aliud prophetiæ Hieremiæ, cum glossis ; imperf. fol. 321.

Defic. in cap. v. vers. 15 verbis, " gentem robustam, gentem antiquam, gentem"——

563.

Codex membranaceus, in folio, ff. 119, sec. xii.; [ol. 1111.]

ALBERTI Aquensis de Historia Hierosolymitana libri sex posteriores, titulis unicuique libro præmissis.

Exstant inter Gesta Dei per Francos, pp. 292—381.

Cf. cod. supr. 561, ubi libri ejusdem operis priores.

In calce,

" Anno milleno . centeno quo minus uno
Iherusalem Franci . capiunt virtute potenti."

564.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 89, sec. xiii. exeuntis, binis columnis exaratus, quondam Johannis de Ranele ; [ol. 1112.]

1. Anonymi cujusdam Chronicon rerum ad Angliam spectantium ab anno Domini m.xlii. ad annum m.cclxxiv., ex Henrico Huntingdoniensi hic illic desumptum. fol. 2.

Incip. " Anno incarnacionis Domini m.°xlii°. mortuo rege Anglorum Hardecnut miserunt omnes primates tocius Anglie in Normanniam."

Desin. " Eodem anno obiit Dunelmensis R. . . . Stylthill in sua reversione de pre . . . . o concilio."

Sequuntur nomina locorum antiqua et recentiora plurium.

2. HENRICI Huntingdoniensis Historiarum libri octo ; [initio mutil.] fol. 19.

Incip. in verbis " —— multi et diversi generis terra et mari et fluviis. Alendis autem mira pecoribus et jumentis ut Hibernia ;" in edit. Francof. 1601, p. 297.

Inter librum 7 et 8 interjicitur Auctoris allocutio, incip. " Hic est annus qui comprehendit

scriptorem; annus tricesimus quintus regni gloriosi et invictissimi regis Anglorum Henrici;" [cf. edit. cit. p. 385.]

Desin. "Scripsit autem hujus auctor operis epistolam regi Henrico de serie regum potentissimorum, qui per orbem terrarum huc usque fuerunt. Scripsit et aliam de origine regum Britannorum qui in hac terra regnaverunt usque ad adventum Julii Cesaris sive gentis Anglorum. Scripsit quoque terciam ad Walterum consortem suum de mundi appetitu, quas omnes hic interponere nec alienum est nec inutile, legere vero nec dispendiosum est nec grave. Prime igitur exemplar hoc est."

Desin. liber octavus in anno regni regis Stephani undecimo, verbis autem adeo detritis, quod non legi possunt.

565.

Codex chartaceus, in folio, ff. 82, sec. xvi. exeuntis; [ol. 1478.]

Excerpta ex opere quodam Historico ad res in Anglia spectante ab anno 1560 ad annum 1572 inclusive; *Gallice*.

Tit. i. "Chapitre xxxvi. du segond livre. De la mort de Marye royne dangleterre et advenement a la courone de Elizabet sa seur avec les propos memorables par elle prononces en public hors qu'elle receut les premieres nouelles de ceste succession avec prieres et actions de graces a Dieu dignes de perpetuele memoyre,—et harangue aussi par elle prononcee en la premiere assemblée du parlement du royaume apres son coronement. Et articles arrestes en ce parlement pour le faict de son mariage Et changement de lexercisse de la religion en ce royaume."

Incip. "Entre beaucop de choses que durant le cours de ma vye et despuys que Jay este en lage capable de rezon."

Ad fol. 31, est titulus, "Cinquante troisiesme capitre du unsiesme liure de l'histoire des chozes memorables aduenues en l'europe pour l'an. 1569."

Incip. "Des grands troubles en guerre civille esmeuz en ce temps au royaume dangleterre soubȝ pretexte de la diuersite doppinions."

Desin. "por ce qe Jay cy aprez escript des deplorables succeȝ des afferes de France."

566.

Codex membranaceus, in folio, ff. 121, sec. xv., binis columnis bene exaratus sed in fine mutilus, quondam H. Starkey; [ol. 1578.]

Opus quod dicitur 'L'Arbre des Batailles,' in libros quatuor distinctum, auctore Honorato, seu Honorio, Bonnor sive Bonnet, cum præfatione ad Carolum VI, regis Franciæ; *Gallice*.

Præcedit tabula capitulorum omnium, ad cujus calcem notatur, "Ci finent les rubriches et chapitres du quart liure de larbre des batailles."

Exstat impress. ed. Lyon. 1491 et alibi.

Defic. in verbis cap. ult. "Si nest une petite mescheance"—— in edit. cit. sign. q. [v.] b, l. 4.

567.

Codex membranaceus, in folio, ff. 73, sec. xii. exeuntis; [ol. 1507.]

1. [Isaaci Syri] Viaticum, seu de morborum cognitione et curatione libri septem, a Constantino Africano Latine versi, prævia capitulorum tabula et traductoris præfatione. fol. 2.

   Tit. "Incipit Viaticum a Constantino in Latinam linguam translatum."

   Exstat impress. inter opera Isaaci, 1515, part. ii. fol. 144, et inter opera Constantini Basil. 1539, p. 1.

   Sequitur capitulum de aborsu.

2. Ejusdem epistola ad aliquem de memoria et de lethargia querentem. fol. 51.

   Incip. "Pervenit ad nos epistola tua manifestans quod tibi accidit de nimia oblivione."

3. Constantini Africani de melancholia libri duo, cum præfatione. fol. 51 b.

   Exstat, sed absque præfatione, inter opera, p. 280.

   Incip. præf. "Etsi ego Constantinus Africanus."

   Sequuntur Præscripta ad morbos varios, incip. "Ad dolorem capitis sciruppus inlabualis qui frigidus est."

4. Cleopatræ Arsinoes sororis Gynæcia, sive de mulierum morbis liber, cum præfatione. fol. 58 b.

   Tit. "Incipit Genitia Cleopatre ad Theodotum."

   Incip. præf. "Desiderante tibi filia;" ut in editt. impress.

5. Dictionarium Herbarum, ordine alphabetico. f. 67.

   Incip. "Absinthium, id est, Peremod."

   Desin. "Zarnabum, id est, Carev."

568.

Codex membranaceus, in folio, ff. 124, sec. xv., binis columnis bene exaratus; anno 1611 peculium F. Sampson; [ol. 1117.]

Roberti Silke, ord. Minor. Liber qui dicitur Fasciculus Morum, in partes septem distinctus; cum prologo.

Incip. prol. "Frater noster dilecte ac sodalis predilecte, quia scriptura attestante."

Incip. lib. "Ut enim habetur in regulis Sanctorum patrum et ecclesie est statutum quod prophete tenemur Christum predicare."

Desin. "cum per mortem defecerimus ipsi reci-

piant vos in eterna tabernacula Amen. Ita fiat. Deo gracias."

Sequitur tabula alphabetica ad cujus calcem notatum est, "Explicit tabula super librum, qui intitulatur, Fasciculus morum, quos composuit frater Robertus Silke Minorum; Amen."

Cf. supra MS. 213, ubi Johanni Spicer tributus est.

Sequitur "Pretium 2s. 6d. Bought 13 of September Anno 1611; F. Sampson."

569.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 196, secc. xii. et xi. exeuntis, haud tamen eodem librario exaratus; [ol. 837.]

1. EGINHARDI liber de vita et gestis Caroli Magni. fol. 1.

Tit. "Incipiunt gesta Karoli Imperatoris."

Exstat impress. in Bouquet. Rec. des Hist. tom. v. p. 89.

2. Anonymi cujusdam monachi Sangallensis de gestis ejusdem Caroli libri duo. fol. 88 b.

Tit. i. "Incipit de virtutibus Karoli Imperatoris."

Incip. "Omnipotens rerum dispositor;" ut ibid. tom. v. p. 106.

Sequuntur versus,

a. De monacho dormiente in choro. fol. 132.

Incip. "Angelus:
"Flecte caput, fili, quia dicit gloria Patri."

b. Quatuor bona. fol. 132.

Incip.
"Spernere mundum; Spernere nullum; Spernere sese."

c. Super evangelium, Quidam homo fecit cenam magnam. fol. 132.

Incip.
"Villa, boves, uxor, cenam clausere vocatis."

d. De figuris, quæ sillabas apponunt in dictionibus vel auferunt. fol. 132.

Incip.
"Prothesis apponit caput auferesisque recidit."

---

3. Sermo super Cant. Canticorum iv. 15. fol. 133.

Incip. "Ortus conclusus soror mea sponsa; Salamon loquitur sed a sapiente quomodo eadem soror."

Desin. "ab unigenito cordis tui Salvatore nostro, Cui est honor et gloria;" etc.

4. Sermones sedecim super Nativitatem et Infantiam Christi. fol. 137 b.

Incip. "Fons liquidus atque serenus manens jugiter, unde manans. Hodie de corde patris."

Desin. "celestem loquor patriam, te duce, Jhesu bone, pervenitur, Qui cum Deo patre et Spiritu Sancto vivis;" etc.

5. Anonymi cujusdam opus de arte dictaminis, cui titulus, 'Aurea Gemma.' fol. 178 b.

Titulus est,

"Incipit Ecce Liber, qui dicitur, Aurea Gemma."

Incip. "Librorum sicut Cantica Canticorum per excellentiam liber iste dicitur, eo quod maxima utilitas et major quam in ceteris."

Ad fol. 190 b titulus est, "Institucio Dictaminum summatim;" incip. "De dictaminum igitur scientia rudibus documenta."

Desin. "utilem quippe speramus futurum esse, Domino donante."

Ad fol. 192 est Balduini Imperatoris epistola ad Innocentium Papam III. ut in Raynaudi ad Baronium Continuat. tom. i. p. 174.

570.

Codex membranaceus, in folio, ff. 93, anno 1450 bene exaratus et pictus; [ol. 1492.]

1. Anonymi cujusdam opus de quatuor virtutibus cardinalibus in totidem partes distinctum, quibuscum debent principes omnes ornari, cum tabula capitum; *Gallice.* fol. 1.

Tit. "Cy commence la table des rubriches du liure des quatre vertus Cardinaulx; le quel liure est deuise en quatre parties. La premiere est justice; La seconde est prudence; La tierce attrempance, et la quatre est force."

Textus est ad initium mutilus, folio scil. evulso unico, et incip. "—— premierement Il me semble que nous pouons dire et clerement affermer."

Tit. cap. ult. est, "De la magnificence du grant Roy Alixandre;" quod incip. "Raconte aussi Valere de la magnificence du Roy Alixandre;" et desin. "par les beaulx exemples cy dessus racontez et dis. Et ainsi fault cy et finist ce petit traittie des quatre vertus cardinaulx en lonneur Dieu et louenge du doulx Jhesus, qui nous vueille garder de tous maulx; Amen."

In calce,

"Explicit ce petit traittie,
Ou quel tres briefment est traittie
Des quatre vertus Cardinaulx
Qui sont les quatre principaulx
Et sont Justice et Prudence
Auec force et attrempance."

Deinde "A ma plaisance R. F."

2. [CHRISTINÆ Pisanæ] opus quod dicitur Epistola Otheæ Deæ ad Hectorem Trojanum, cum præfatione ad Johannem ducem de Berry metrica, *Gallice*, oratione soluta partim partim ligata. fol. 24.

Tit. "Cy commence lepistre de Othea la Deesse que elle enuoya a Hector de Troye quant il estoit en la age de xv. ans."

Incip. præf.
"Louenge a Dieu soit au commencement
De tous mes diz et apres ensement
A la tres noble haulte fleur eslitte
De lis souef du maint cuer se delitte

Et puis a vous excellent prince sage
Bon vertueux par nature et vsage
Jehan excellent redoubte filz de Roy
De France ou maint conuenable arroy."

Exstat impress. Paris. 1522.

Cf. Mémoires de Littérature, tom. xvii. p. 515.

Præmittitur tabula picta auctorem exhibens Johanni duci prædicto librum suum offerentem.

In calce, "Honny soit, qui mal y pense. Me fault faire, 1450."

Ad fol. 28 b, delineatum est Horologium, manu Deæ cælitus extensa dirigente, de quo cf. notitiam . . . .

571.

Codex chartaceus, in 4to, ff. 142, sec. xv., quondam Isabellæ Allen, ex legato avunculi sui Willelmi Crouche, vicarii Sarum; [ol. 1493.]

Chronicon Angliæ a Bruto usque ad Henrici V. accessionem; *Anglice.*

Tit. "Here begynneth a boke yn Englyssh tonge called Brute of Englond, or the Cronykles of Engelond compyled and tretyng of the seyd londe how hyt was fyrst a wyldernesse and nothyng theryn but wylde bestys an fowles and aftirwards how yt ynhabite by whom and yn what manere."

Desin. in verbis, "And yn the firste yere of his reigne for grete"—— ut in Caxton. Chron. ed. Wynk. de Worde 1520, fol. 144, col. 2, l. 1.

Sequitur notitia, "This boke is gevyn to Esabell Allen of the bequest of her hunkull Sir William Crouche Vicary in the close of Salisbury to the extent that sche schuld pray for hym of whom God of his sawle haue mercy delyueryd by the handis of hir ffader and moder William Allen and Elenor his wiff which Elenor desessyd upon S. Mary Mawdlen Eve the yere of kyng H. VII. of whom God of her soule haue mercy; Amen quod Evan."

Præmissa est codici, *manu aliquantulum recentiori,* tabula contentorum cum editione Juliani Notarii collata; sub tit. "Here beginneth the table of the Brytons Cronicle in writynge."

572.

Codex membranaceus, in folio, ff. 220, sec. xiv. ineuntis binis columnis exaratis; quondam Ricardi St. George, Norroy regis Armorum; [ol. 1570.]

Matthæi Westmonasteriensis Chronicon quod dicitur Flores Historiarum, a creatione scilicet mundi usque ad annum 1296, cum prologo.

Tit. "Incipit prologus in librum qui Flores Historiarum intitulatur."

Defic. in verbis, "Scoti itaque potentes remanserunt ceteris ad v. millia terga vertendo. Hoc viso petierunt"—— cf. edit. 1570, p. 404, l. 16.

Sequuntur, *manu alia,*

a. Descriptio corporalis Edwardi I regis. fol. 217.
Incip. "Dominum autem Edwardum regem non rubeum non fulvum sed ex albo nigroque colore permixtum."

b. Commendatio lamentabilis domini pape ejusdem Regis. fol. 217 b.
Incip. "Edwardus rex magnificus insuperabilis in bello et in pace extitit gloriosus."

c. Commendatio lamentabilis regum. fol. 217 b.
Incip. "O pugil ecclesiæ et splendor milicie, O rigor justicie."

d. Commendatio lamentabilis Margaretæ reginæ. fol. 218.
Incip. "Audite insule et attendite populi."

e. Commendatio lamentabilis Pontificum. fol. 218.
Incip. "Quis Edwardo iste rege mansuecior."

f. Commendatio lamentabilis comitum et baronum. fol. 218 b.
Incip. "Edwardus rex magnificus in libertatibus."

g. Commendatio lamentabilis militum. fol. 219.
Incip. "O magnanime rex Edwarde, Tu primicerius in bello."

h. Commendatio lamentabilis clericorum. fol. 219 b.
Incip. "O felix Anglia et vere beata."

i. Commendatio lamentabilis laicorum. fol. 220.
Incip. "Et quid dicemus nos."
Desin. "et zabulo frustra cogitante de supplicio benigne disponit de premio pius Deus."

573.

Codex chartaceus, in folio, ff. 40, sec. xvii., ineuntis; [ol. 1506.]

1. Copia Brevis Innocentii papæ VIII. ad principes et potentatos Christianos super causa expeditionis contra Turcum. fol. 1.
Incip. "Quanto studio et labore contenderint sanctæ memoriæ prædecessores."

2. Sixti papæ IV. Breve contra Laurentium Mediceum, Florentinum, quem ingratitudinis erga sedem Apostolicam prolixe postulat et hostem denunciat. fol. 7.
Incip. "Grave nobis et molestum est, cum præter institutum nostrum calumniis hominum."

3. Ejusdem Sixti commissio data reverendissimo Domino Mantuano legato Bononiam destinato; in quibus docet quomodo Bononienses erga sedem apostolicam in fide prima contineat, ne cum Florentinis rebellibus consentiant. fol. 15.
Incip. "Dominus Cardinalis cum primum ad Bononiensem civitatem nostram applicueris."

A 4. Propositiones ex parte ejusdem papæ de tumultibus Italiæ componendis, præsertim cum Florentinis, exhibitæ per legatum Pontificium ad Ferdinandum, regem Neapolitanum, et alios forte Italiæ status. fol. 19.

Incip. "Primo cum sanctissimus Dominus noster lacessitus et provocatus."

5. Capitula quædam conventionis, seu fœderis facti inter Sixtum IV., Ferdinandum Siciliæ et Hungariæ regem, Baptistam de Campo-Fragoso, ducem B Januensem, et communitatem Januæ, maxime ad rem Januensem spectantia. fol. 23.

Incip. "Cum esterna die in præsentia nostri Gottardi Stellæ, notarii."

6. Epistola fratrum ordinis Prædicatorum totius Congregationis S. Marci de Florentia ad Alexandrum papam sextum, qua veniam dari sibi postulant, quod Hieronymo Savonarolæ faverint; dat. 21. Apr. 1498. fol. 29.

Incip. "Beatissime Pater, post pedum oscula C beatorum."

7. Ex bulla Julii papæ II. quibus conditionibus regnum Neapolitanum, Ludovico regi Franconum ademptum, Ferdinando de Aragonia concesserit. fol. 35.

Incip. "Alexander sextus divisit regnum Sicilie citra Farum in duas partes."

8. Modus et forma servanda in coronatione Regis et Imperatoris. fol. 38.

Incip. "Si Cæsar, si reges ac principes Christi D et nomen et crucem adorantes."

574.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 105, anno 1321 binis columnis exaratus; quondam Johannis Cress . . . postea Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 1241.]

1. [Bonaventuræ Cardinalis] Diæta Salutis, cum Appendice. fol. 1.

E Tit. "Incipit liber qui vocatur Via vel Dieta Salutis."

Exstat impress. inter opera, tom. vi. col. 285.

In calce, "Explicit liber qui vocatur Dieta Salutis."

Sequuntur "Divisiones Membrorum tocius libri;" et in fine "Explicit magna tabula diete Salutis."

2. Nicolai de Hanapis ord. Præd. Virtutum Vitiorumque exempla ex utroque Testamento, cum tabula F præmissa. fol. 47.

Tit. "Incipit liber de exemplis sacre scripture."

Exstant impress. ed. Basil. 1555.

In calce, "Explicit liber de exemplis sacre scripture compositus a fratre Nicholao de Hanapis, ordinis prædicatorum, patriarcha Ierosolimitano. Anno Domini m°.ccc.xxi. fuit scriptum istud exemplar et corruptum crastina die Circumcisionis Domini;" deinde notitia de possessore aliquo hodie erasa, et denique "Iste liber est domus montis Sancti Michaelis prope Maguncíam, ordinis Cartusiani."

575.

Codex chartaceus, in folio, ff. 125, sec. xv.; [ol. 1235.]

Geraldi, sive Girardi, Bituricensis, super Isaaci Judæi Viaticum Glossula, cum tabula capitulorum locupletiori præmissa, et præfatione.

Tit. "Incipiunt capitula glosule libri primi Viatici."

Incip. "Capitulum i. De capillis et eorum viciis."

Incip. præf. "Cum omne elementum et elementis corpus generatum in materia communitatem habeant."

Incip. gloss. "Premisso ergo prohemio incipiens a passionibus capillorum tanquam diligens auctor."

Defic. in gloss. super verba cap. xxviii. lib. vii. *Quocumque modo focus corpori inciderit*; etc. Hoc capitulum est de adustione ignis ubi aque ferventer ubi olim"——

576.

Codex membranaceus, in folio oblongo, ff. 217, sec. xiii., bene exaratus, quondam Joh. Foxi; [ol. 993.]

1. Petri de Riga Aurora, sive pars magna Bibliorum tam Veteris quam Novi Testamenti versificata. fol. 1.

Præcedunt versus "de nomine illius, qui hunc librum edidit," in quibus associatur nomen Ægidii cujusdam, interpolatoris scilicet seu correctoris operis; ex Gr.

"Petrus et Ægidius me conscripsere; sed ille
Auctor, corrector ultimus ille fuit."

Exstant omnes impressi in Leyser. Hist. Poett. Med. Ævi, p. 695.

Ordo librorum in codice est, Genesis——Tobit, Danielis, Maccabæorum, Job, Hester, Judith, Cantica Canticorum; S. Matthæi——Actus Apostolorum, Recapitulatio; quibus succedunt Lamentationes Hieremiæ, et in calce, "Expliciunt Lamentationes Jeremie."

In folio rejectaneo ad initium duodecim sunt carmina; incip.

"Clauditur iste liber in quadraginta libellis;" et in pagina codicis prima, "Biblus Alani, versifice."

Cf. Leyser. p. 71, *seqq.* ubi occurrunt Recapitulatio et alia ex Aurora in lucem edita.

2. Ejusdem Ægidii, ut videtur, Carmen, quod dicitur Mysterium de agno Paschali. fol. 211.

Tit. "Misterium de agno Paschali secundum magistrum Egidium."

Incip.

"Vt legis Egiptum Dominus percussit et ejus,
Egipto plagas intulit ira decem."

Defic. imperf. in verbis,

"De quarta decima referre videtur apud nos,
Quod nostrum Pascha non celebratur ibi:
Non ibi fit pascha sed solis luce propinqua"——

In fine codicis notavit manus recentior versus de campanis;

"Oro Deum verum . plebum (*sic*) voco, congrego clerum;
Vox mea multorum . fit terror demoniorum,
Defunctos ploro . pestem fugo, festa decoro."

577.

Codex membranaceus, in 4to, ff. 107, sec. xii. exeuntis, binis columnis exaratus; [ol. 1588.]

1. S. Prosperi, [seu potius Julii Pomerii,] de vita contemplativa libri tres, cum præfatione et capitulorum tabula. fol. 1.

Tit. "In nomine sancte et individue Trinitatis, incipit prefatio Prosperi in librum de contemplativa vita."

Exstat impress. inter opera, Colon. ed. 1630, p. 183.

In fine, "Explicit liber Prosperi de contemplativa vita."

2. S. Ambrosii, archiep. Mediolan., de officiis Ministrorum libri tres. fol. 44 b.

Tit. "Incipit liber Sancti Ambrosii episcopi de officiis."

Exstant inter opera, ed. Benedict. tom. ii. col. 1.

Defic. in verbis, "Raguel precipue qui contemplatione honestatis cum roga"——

578.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 142, sec. xii. exeuntis; [ol. 869.]

1. Bacharii monachi ad Januarium epistola de reparatione lapsi. fol. 1.

Tit. "In nomine Dei summi incipit liber Bacharii de spe et reparatione lapsi."

Exstat impress. in Monument. Orthodoxograph. tom. i. p. 485.

In calce, "Explicit liber Sancti Bacharii."

2. Juliani Pomerii, Toletani, Prognosticorum ad Idalium libri tres, cum prologo et capitulorum tabulis. fol. 10.

Tit. "Prefatio in librum Prognosticorum Juliani Pomerii, Toletanæ urbis, episcopi."

Exstant sæpius impressi.

3. S. Augustini Enchiridion ad Laurentium de ope et caritate. fol. 67.

Tit. "Incipit liber Enchiridion Sancti Augustini episcopi ad Laurentium primicerium Notariorum ecclesie urbis Rome, de fide, spe et caritate."

Exstat impress. inter opera, tom. vi. col. 195.

4. Ejusdem liber de bono conjugali. fol. 99.

Tit. "Incipit liber Sancti Augustini de bono Conjugali."

Exstat ibid. tom. vi. col. 319.

5. Ejusdem liber de Sancta Virginitate. fol. 117.

Tit. "Incipit liber Aurelii Augustini de bono Virginitatis."

Ibid. tom. vi. col. 341.

579.

Codex membranaceus, in folio, ff. 130, sec. xv., manu, ut videtur, R. Rugg bene exaratus; [ol. 1496.]

1. Galfridi Monumetensis de gestis regum Britannorum libri decem, cum prologo. fol. 1.

Tit. "Incipiunt gesta Regum Britonum qualiter composita sunt."

In calce, "Finis hujus opusculi. etc. quod R. Rugg."

2. Martini Poloni Chronicon Pontificum Imperatorumque Romanorum. p. 136.

Tit. "Incipit Cronica fratris Martini Penitenciarii Domini Pape et Capellani Rubrica, etc."

Continuatur in codice usque ad an. 1284, Honorio IV. papa, et desin. "prestavit stipendia et animavit ad suscepta negotia sollicite prosequenda."

580.

Codex membranaceus, in folio, ff. 67, sec. forsan ix. exeuntis; [ol. 1010.]

Johannis Maxentii monachi opuscula varia; scilicet,

1. Libellus "fidei oblatus legatis Apostolicae sedis Constantinopolim quem accipere noluerunt; susceptus est vero Romae a beato papa Hormisda et in conventu episcoporum sive totius ecclesiae necnon eciam omnium seruatorum lectus, catholicus est per omnia adprobatus." fol. 2.

Incipit, "Dominis viris beatissimis Germano et Johanni episcopis, Felici et Dioscoro;" ut in Magn. Bibl. Patrum, Colon. 1618, tom. vi. part. i. p. 370.

2. De Christo professio. fol. 3 b, l. 22.

Exstat ibid. p. 371.

3. Capitula edita contra Nestorianos et Pelagianos 'ad satisfactionem fratrum.' fol. 9.

Ibid. p. 374.

In calce, "Expliciunt capitula duodecim."

4. Professio 'brevissima catholicae fidei.' fol. 10.

Ibid. p. 374.

5. Brevissima adunationis ratio verbi Dei ad propriam carnem. fol. 11.
Exstat in Bibl. Patr. Colon. 1618, t. vi. pt. i. p. 374.
6. Responsio contra Acephalos, qui post adunationem stulte unam profitentur in Christo naturam. f. 11 b.
Ibid. p. 381.
7. LEONIS papæ I. ad Flavianum episcopum epistola contra Eutychianos. fol. 13 b.
Tit. "Dilectissimo fratri Flaviano Leo."
Exstat inter opera, ed. Paris. 1675, tom. i. p. 478.
In calce, "Data idus Junias Asturio et Protegene viris clarissimis consulibus."
8. JOHANNIS MAXENTII Dialogi duo contra Nestorianos, cum prologo et capitulis. fol. 19.
Tit. "Incipit prefatio Dialogi Maxenti Johannis servi Dei contra Nestorianos."
In Bibl. Patr. cit. p. 382.
In calce, "Maxenti Johannis servi Dei dialogi libri II. Explic. contra Nestorianos."
9. HORMISDÆ papæ ad Possessorem epistola. fol. 48.
Tit. "Incipit epistola quae dicitur esse Papae Ormisde ad Possessorem episcopum Afrum."
Ibid. p. 375.
10. JOH. MAXENTII Responsio ad Hormisdæ epistolam. fol. 50.
Tit. "Incipit responsio Maxenti Johannis servi Dei adversus epistolam quam ad Possessorem a Romano episcopo dicunt heretici destinatam."
Ibid. p. 376.
In calce, "In hoc codicae continentur libri sancti Fulgentii episcopi ad Monimum Objectionis regis Africae Drasa mundi."
Item contra ipsum Sancti Fulgentii episcopi libri III.
Ejusdem sancti Fulgencii episcopi ad diversos. Maxentii Johannis, servorum Dei, dialogi contra Nestorianos;" ex qua notitia conjectare liceat, codicem nostrum cum isto supra numerato xcii. olim ligatum fuisse.

581.

Codex membranaceus, in folio, ff. 93, sec. xv. ineuntis, quondam Rad. Coppynges, postea Ricardi Johnson, Joh. Thynne, et T. Long, of Dorchester; [ol. 987.]

The Vision of Piers Plowman usually attributed to Robert Langland.
Tit. "Petre Plowman."
At the end, "Explicit hic dialogus Petri Plowman."
On the last leaf, "Raffe Coppynges. Memorandum that I haue lent to Nicholas Brigham [?] the Pers Ploughman which I borrowed of Mr. Lee of Addyngton."

582.

Codex membranaceus, in folio, ff. 204, sec. xiii., binis columnis bene exaratus; quondam, ut videtur, domus cujusdam religiosæ apud Carliolenses; [ol. 1582.]

ROGERI HOVEDEN Annalium pars posterior, ab anno scilicet 1181 usque ad finem.
Tit. "xxvii. annus regni regis Henrici filii Matildis Imperatricis."
Incip. in verbis, "Anno Gratie m°.c.lxxxi. qui erat annus xxvii. regni regis Henrici, filii Matildis Imperatricis;" in edit. Francof. 1601, p. 611.
Codex est, ut ait Langbainus, in Adversar. vol. 15, p. 66, optimæ notæ et antiquitatis; habet alicubi marginalia nonnulla haud spernenda, τὸ συνεχὲς contextus historiæ aliis adscititiis a recentiori literatore nonnunquam insertis alicubi interrumpitur.
Sic fo. 193 b. habetur assumentum de Adriano papa natione Anglo miseriam pontificalem ex relatione Johannis Sarisberiensis serio deplorante.
Item in fronte operis præfigitur Breve regis Edwardi 3, directum Antonio de Lucy custodi civitatis Karlioli, quo precipitur, ut permittat cives Karliolenses libere gaudere privilegiis suis ab olim usitatis, speciatim in electione Majoris et Ballivorum.
Folio autem 166 b. et deinceps ingeritur charta civitati Karlioli concessa per Henricum VI. in qua antecedentium regum chartæ et libertates eidem civitati concessæ per *Inspeximus*, etc. recitantur et confirmantur.
Ad finem autem adjecta sunt nonnulla de Henrico secundo Angliæ et Davide, Scotorum rege, quid alter alteri contulerit: itemque exemplar concordiæ factæ inter Henricum Angliæ et Alexandrum Scotiæ reges per Octobonum Cardinalem, anno 1237 scilicet, super comitatibus Northumbriæ, Cumbriæ, Westmerlandiæ, etc. quos idem rex Scotiæ petiit, etc.
Quæ omnia argumento sunt codicem hunc Carliolensis cujusdam forsan prioratus ibidem peculium fuisse.

583.

Codex chartaceus, in folio, ff. 124, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1498.]

The History of Scotland from the death of James the First, 1436, to the year 1561 inclusive, by JOHN LESLEY, bishop of Ross.
Tit. "The historie of Scotland fra the death of king James the first in the ʒeir of God 1436 to the ʒeir 1561 and sue of the foure late kingis called James Stewartis and of Quene Marie now Quene of Scotland newly collected be Johne Leslie, bischop of Rosse during the time of his remain-

ing our ambassadour for the Quene his souerane in Ingland, 1570."

Printed, for the Bannatyne Club, 4to. Edinb. 1830.

584.

Codex membranaceus, in folio, ff. 133, sec. forsan ix. ineuntis, quondam Carthusiensium prope Moguntiam; [ol. 826.]

Flores ex S. Augustini operibus ab anonymo quodam collecti, et in capitula cxix. distincti.

Præcedit capitulorum tabula sub titulo, "Incipiunt capitula excerptorum de quibusdam opusculis sancti Augustini."

Incip. "De Trinitate exempla ad Consentium; Cogitationis carnalis compositionem vanumque figmentum ubi vera ratio labefactare incipit."

Desin. cap. ult. scil. 'de laude caritatis;' "oportet enim ut senilis sermo non solum sit gravis set etiam brevis."

585.

Codex chartaceus, in folio, ff. 95, sec. xv.; [ol. 1120.]

Johannis Fortescue, Devoniensis, opusculum de natura legis naturæ et de ejus censura in successione regnorum supremorum, in capitula xlviii. distributum.

Incip. "Pars prima, videlicet de natura legis nature. Questio; Rex, superiorem in temporalibus non recognoscens filium, habet et fratrem: filia filium peperit. Rex moritur orbatus filiis. Queritur, an ad filiam filiene filium, seu ad regis fratrem, descendet regnum regis sic defuncti."

Desin. cap. ult. cujus titulus, 'Continuatio hujus tractatus ad subsequentem,' in verbis, "quæ jam reperta ipse ad predicte disputacionis acies securus progreditur alium superinde qui de jure succedendi in regnis supremis intitulabitur exordiens sic libellum."

586.

Codex membranaceus, in folio, ff. 151, sec. xv., binis columnis bene exaratus; [ol. 1311.]

Jacobi Carthusiensis Opera, quæ sequuntur,

1. Tractatus de tentationibus et consolationibus claustralium. fol. 2.

Incip. "Instantibus tuis precibus, ymmo tuis propositis auctoritatum rationibus."

Desin. "sed corde amoroso et affectuoso; pro cujus complecione, non mihi quidquam laudis et honoris, sed Ei a quo cuncta bona procedant;" etc.

In calce, "Tractatus magistri Jacobi Carthusiensis de temptacionibus et consolacionibus claustralium explicit feliciter."

2. Tractatus de malis seculi per omnes etates. fol. 51.

Incip. "Organo apostolice vocis suo judicio inter apostolos minimo ad dilectum suum filium."

Desin. "se pro me exhibeat devotum oratorem; ut in omnibus Trinus et Unus laudetur Deus per secula benedictus."

In calce, "Explicit tractatus de malis hujus seculi per omnes etates, editus per venerabilem patrem Jacobum Carthusiensem, sacre theologie magistrum eximium. Anno Domini m.cccc.lxiiii. scriptum est opus illud. Deo Laus."

3. Tractatus de modo curandi vitia secundum quemlibet statum. fol. 101.

Incip. "Isaac, sanctus patriarcha, olim legitur egressus ad vesperam."

Desin. "uterque mercede non privabimur; quam nobis prestare dignetur Jhesus Christus per secula benedictus; Amen."

In calce, "Explicit tractatus de modo curandi vicia editus per venerabilem patrem Jacobum Carthusiensem."

4. Tractatus de potestate demonum, de arte magica, de superstitionibus et illusionibus eorundem. f. 112.

Incip. "Doctrinis variis et peregrinis nolite abduci; Hec doctrina apostolica et saluberrima hortatur."

Desin. "omnes ambulare possimus ad Ipsum, qui est via, veritas et vita, Jhesum Christum," etc.

In calce, "Explicit tractatus contra vitam magicam," etc.

5. Tractatus 'de amplectenda angusta et arta vita que ducit ad vitam eternam, et e contra de fugienda lata et spaciosa, que ducit ad perdicionem.' fol. 133 b.

Incip. "Veritatis organo novimus sententiam, Ymmo exhortationem nulla unquam oblivione."

Desin. "ut qui dedit scire dignetur et dare facere; quod omnibus nobis prestare dignetur Jhesus Christus per secula benedictus; Amen."

587.

Codex membranaceus, in folio, ff. 64, sec. xiv. exeuntis; binis columnis bene exaratus.

1. Galfridi de Villa-Harduini Historia Constantinopoleos a Francis Venetisque an. 1202 captæ, libris novem comprehensa; *Gallice*. fol. 1.

Incip. "Sachiez que m. et c. et quatreuinȝ anȝ apres lincarnation notre sengnor Jesu Crist;" ut in vers. antiq. edit. Paris. 1585, p. 1.

Sequitur tractatulus brevis de conquestu imperii Romani; incip. "Cum in libro conquistus imperii Romanie in parte precedenti sit inscriptum et non sit completum."

2. Historia de discordia et persecutione, quam habuit ecclesia cum imperatore Frederico Barbarossa, tempore Alexandri tertii, summi pontificis et

demum de pace facta Venetiis et habita inter eos. fol. 59.

Incip. " Exurge, gloria Venetorum, converte planctum Pontificis in gaudium, quoniam te circumdat letitie vestimentum."

Desin. " et hec omnia predicta, que concessit duci et Venetis supradictis, residendo in urbe in pontificali sede auctoritate apostolica confirmavit: Deo gratias; Amen."

Deinde, " Ego Bonincontrus, licet origine Mantuanus, natione quoque Bononiensis, tamen verbo et opere totus Venetus et Rivaltensis domini ducis et communis Venetiarum notarius et officialis, hanc predictam honorabilem hystoriam hoc claro et plano epigrammate construxi ad Dei et sancti Marci laudem ac perpetuam memoriam Venetorum; Deo gratias; Amen."

588.

Codex chartaceus, in folio, ff. 56, sec. xvi. exeuntis; [ol. 1402.]

Vaticiniorum de statu ecclesiæ et de Pontificibus Romanis liber, ab anonymo quodam collectus; partim *Latine* partim *Italice*.

Tit. " S. Joannes abbas de eodem successore Sixti V."

Incip. " In illo tempore aquila veniet a Septentrione, descendet in Liguriam, quasi nomine sciente."

Vaticinia alia sunt; ut sequuntur,

1. Sibyllæ. fol. 1 b.
2. Simonis de Hollandia. fol. 2.
3. Thauleri, ord. Præd. fol. 2 b.
4. Merlini. fol. 2 b.
5. S. Brigittæ. fol. 7 b.
6. Columbani, Cypriani et Hildegardis. fol. 8.
7. Joachimi abbatis. fol. 8.
8. Prophetia traducta ex Arabica lingua inventa in libris Alulidi vel Aludidis et Nili abbatis, et a quodam transmissa ad Italos anno 1543. fol. 8 b.
9. Vincentii Ferrerii. fol. 9 b.
10. Malachiæ Ardinacensis [archiep. Armach.]. fol. 10.
    Cf. Wion. Lignum Vitæ, tom. i. p. 307.
11. Nicolai Tolentini. fol. 12.
12. Georgii Transtetter. fol. 13.
13. Simonis de Hollandia. fol. 14.
14. Hæc vaticinia de 25 futuris Pontificibus edidit quidam frater Capucinus, ordinis sancti Francisci, et in quodam ejus libro manuscripto post ejus obitum reperta, ex quo exemplari ista excerpta data auctori libri a D. Petro. fol. 16 b.
15. Vaticinium Sibyllæ Tiburtinæ repertum in quodam lapide marmoreo insculptum una cum imaginibus infernis appositis in visceribus montis Tauri, cum ruerit anno 1519 a nativitate D. N., secundo Kalendas Junias, quod missum fuit a Cardinali Sedunense in Hispaniam ad serenissimum Carolum Regem. fol. 18 b.
16. Signa et figuræ de Pontificibus, fratris ÆGIDII Poloni. fol. 25 b.
17. Vaticinium de futuris pontificibus maximis quod Marcellus II. habuisse ac celebrasse fertur. fol. 28.
18. Prophetia secunda B. ANDREÆ GALERANI Senensis. ff. 29, 33 b.
19. Prophetiæ sancti Francisci. fol. 38 b.
20. Prophetie, ouero Vaticinij dichiarati in 14 tauolette dele horende calamita che soprastano a tutto il mondo della conversione de Turchi alla fede de Christo del regno di Antichristo della crudel tirannide, e del suo brutto fine, raccolte parte dai secreti d' alcuni huomini santi, parte la commentarii d' alcuni celebrati astrologi, per opera e diligenza di Gregorio Giordano Venetiano. fol. 39 b.
21. Declarationes rotæ predictionum B. JOANNIS abbatis de Summis Pontificibus a Martino V. usque ad Antichristum. fol. 40 b.
22. Hæc pars prophetiæ fuit missa a Jo. CAPESTRANO, ord. S. Francisci, viro sanctitatis et doctrinæ, Æneæ Silvio Piccolomineo, qui fuit postea Pius 2, et missa fuit longe antequam esset Summus Pontifex, post vero mortem ipsius fuit reperta in suis scriptis cum epistola Jo. de Capestrano, in qua nunciabat eum fore Pontificem: ac etiam fuit reperta in scriptis ejusdem Capestrani et titulus erat, Extracta ex antiquissimo libro fratris Egidii, Polloni. fol. 43 b.
23. Abbatis JOACHIMI Vaticinia de Summis Pontificibus; [*ut in editt. impress.*] fol. 49.

    In calce, " Expliciunt revelationes a Deo fratre devotissimo et Deo caro Joachino super statum summorum Pontificum ecclesiæ Romanæ, quæ quidem revelatæ fuerunt sibi dum esset in monasterio Floraiensi abbas in Calabria, licet fuerunt ante notati plures et summi pontifices, quos recolo alii habuisse." fol. 51.
24. Aliæ descriptiones prophetiarum Venerabilis et Deo devoti ANSELMI, episcopi Marsichani, quas obtinuit a Deo in M°.CC°. septuagesimo octavo, et fuerunt publicatæ Perusii statim post mortem domini Bonifacii papæ octavi, licet diutius ante fuerit apud multas egregias personas et excellentes clericales et seculares. fol. 51.

    Desin. ult. " Judei plurimum ortantur, et pessime orate pessimi magici; hæc finientur ab inceptis in xxii. bus solaribus."

589.

Codex chartaceus, in folio, ff. 153, sec. xvii.; [ol. 1404.]

1. Various Coats of Arms, neatly drawn; without names of the Bearers. fol. 1.

2. Coats of Arms of English Knights, temp. Jac. I. et Car. I. fol. 37.
[The names of the latter appear to be in the handwriting of sir Rich. St. George, Norroy king of Arms.]

A

590.

Codex chartaceus, in folio, ff. 136, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1405.]

B

Coats of Arms of English families, arranged by classes, with names; [with additions and corrections apparently in the handwriting of sir Richard St. George.]

591.

Codex chartaceus, in folio, ff. 128, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1406.]

C

The life of Cardinal Wolsey by George Cavendish, his Gentleman Usher.

Tit. "Thomas Woolsey late Cardinall his life and deathe written by George Cavendish one of his gentelmen vshers."

Printed Lond. 1641, and elsewhere.

Prefixed is an engraving of Wolsey by Ellstrack, and at the end his epitaph, "ex manuscripto Rogeri Monwood, olim capitalis baronis de Scaccario dominæ Elizabethæ nuper reginæ Angliæ, fideliter extract. per me Gulielmum Langham, notarium publicum."

D

592.

Codex membranaceus, in folio, ff. 7, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; fragmentum; [ol. 1388.]

Excerpta ex Galfredi Monemutensis Historia Britonum, ea parte scilicet ubi de Merlino prophetiisque ejus agitur.

E

Incip. in verbis, "[ex]pugnare incepisset. Quoniam autem non hesitabat;" in edit. Paris. 1517, fol. xlix. b, l. 21, et desin. "situ locorum annitente patuerat. Securi igitur——" cf. ibid. fol. lviii. b, l. ult.

593.

Codex chartaceus, in folio, ff. 20, sec. xvi. ineuntis; quondam Edmundi Bedingfeld; [ol. 1387.]

F

Descriptionem codicis nostri evulgavit Jac. H. Todd, S. T. P. Dublin. 1851, p. 16, ut sequitur, "From folio 5 to fol. 139, this volume contains about 160 religious poems, ascribed chiefly to Saint Colum-Cille. There are a few of them ascribed to Saint Patrick, and a few to other early Irish Saints. This is a most curious collection of ancient Irish poems, exhibiting various shades of theology and doctrine. They are evidently not in all cases the genuine productions of Patrick and Columba; but they are not, on that account, the less valuable as historical documents, because they are certainly of great antiquity, and express the opinions which the writers of these poems entertained themselves, or believed the personages to whom they ascribed them to have entertained."

616.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 164, sec. xv., binis columnis bene exaratus; quondam Josephi Maynard, coll. Exon. socii; [ol. 876.]

Rogeri de Waltham, canonici Londoniensis, compendium Morale, libris, seu Rubricis, duodecim comprehensum.

Tabulam materiarum uberrimam confecit præmisitque Thomas Grant, Oxoniensis.

Incip. opus, "Sapienciam antiquorum exquiret sapiens," etc. "Petrus eciam diaconus in principio primi libri Dialogorum petens a beato Gregorio."

Desin. "anime sibi commissum cum fervore sicut bonus debitor optimo Creditori."

In calce, "Explicit compendium morale de quibusdam dictis et factis exemplaribus antiquorum per Rogerum de Waltham canonicum London. compilatum, qui simplici operi suo hic concludens cum Ovidio, libro de Ponto, ait,

Leta quidem letis cecini cano tristia tristis
Conveniens operi tempus utrumque suo.
Sic Deo commendans se et beate Virgini."

Sequuntur,

a. Tabula divisionum prologi et 12 Rubricarum hujus libri propter veriorem noticiam tabule subsequentis composita, etc.

b. Tabula nominum virorum autenticorum, quos allegat compilator Compendi moralis in opere suo, numero 135.

Incip. tabula alphabetica codici præmissa, "Abstinencia Octaviani in suis cenis notatur R. 2. ff. 4."

Desin. "Zerses rex Medorum deceptus adulatoribus cum maximo exercitu vincitur. R. 5. A. 3."

In calce, "Explicit tabula super compendium Morale elaborata per magistrum Thomam Grant."

617.

Codex chartaceus, in folio, ff. 341, sec. xv., binis columnis scriptus; quondam Andreæ Nortoni, armigeri, postea Nathanaelis Potinger; [ol. 877.]

1. Consilia Medicinalia ex Antonii Cermisoni, Bartholomæi Montagnanæ, aliorumque medicorum operibus collecta. fol. 1.

Incip. i. "Contra cronicum dolorem capitis per essentiam, et colligamus ex vaporibus ex stomacho."

Desin. "omnia dicta medicamina bulire faciat in vino nigro stiptico decoctionis mirabole Indorum, que sunt pro locione vel locionibus; An. Cer. Deo Gratias."

In calce, "Et in hoc terminantur letitiora concilia excellentissimi ac famosissimi arcium et medicine doctoris M. An. Cer. ad laudem Omnipotentis Dei ejusque Virginis et matris Marie totiusque curie celestis triumphantis, Amen. Deo gracias, semper."

Concilia supradicta excerpta sunt præcipue ex Ant. Cermisoni collectione, quorum plura invenienda sint impressa ad calcem Barthol. Montagnanæ Opp. Francof. 1604.

2. Canones ex Avicenna, Mesue et aliis, de omni medicina sumenda ab eodem Antonio excerpta. fol. 190 b.

Incip. "Sequuntur hic aliqui canones curationem servandi in administratione medicinarum, qui canones summus medicine professor dominus M. Anthonius Cermisonus Patavinus."

3. De membrorum dispositionibus, ex Gulielmo de Varignana. fol. 194.

Tit. "Incipiunt nucleata ex Practica Guilhelmi de Varingana super singulis membrorum dispositionibus, etc."

Incip. "Denigrat capillos."

4. Definitiones Ægritudinum ex Bernardi de Gordonio Lilio Medicinæ. fol. 199.

Tit. "Sequuntur hic diffinitiones egritudinum singulorum membrorum tocius corporis secundum Liliatorem, alias Gordonium".

Incip. "Primus de febribus. Febris est calor innaturalis in igneum mutatus, etc. Effimera est febris ex distemperacia."

In calce, "Expliciunt hic diffinitiones egritudinum ipsius Gordonii Liliatoris, etc. Deo gratias."

5. De decoratione humani corporis a capite usque ad pedes liber quartus. fol. 202.

Tit. "Incipit liber quartus de decoratione omnium membrorum corporis humani."

Incip. præf. "Omnipotens Christus, qui existens immobilis cuncta commovet in homine."

Incip. cap. i. "De denigracione capillorum. Capillus sumit generacionem a fumosa materia."

Desin. "et ad correctionem omnium et supportacionem meorum sociorum. Amen."

In calce, "Explicit liber quartus de decoratione humani corporis a capite usque ad pedes. Amen."

Finis adest vere laudatur qui est sine fine.

Per me Joh. Lampis quinta die Januarii in profesto Epiphanie, anno 1461."

6. Ex Galeni libro de situ regionum et temporum constitutione; et aliis operibus. fol. 289.

7. Liber AVICENNÆ de viribus et medicinis cordis per Arnoldum, marchionem de Villa Nova, *Latine* versus. fol. 292.

Incip. "Creavit Deus ex concavitatibus cordis ut esset armarium Spiritus."

In calce, "Explicit liber Avicenne de viribus et medicinis cordis translatus a magistro Arnoldo, marchione de Villa Nova."

8. PETRI DE EBANO, sine APONO, liber de venenis. fol. 303.

Extat sæpius impressus.

9. Liber de morbis variis curandis, dict. Thesaurus Pauperum, [auctore PETRO HISPANO.] fol. 312.

Extat impress. in calc. Serapionis Practic. Lugd. 1525, fol. ccliii.

Desin. in cap. de anthrace verbis, "inter duos lapides diuino miraculo sanat ancracem. Explicit."

10. GALEATII DE SANCTA SOPHIA simplicia, in compendium redacta. fol. 332.

Incip. "Abrotanum calidum et siccum in ii°. In comfortacione stomachi frigidi valet."

In calce, "Expliciunt simplicia Galeacii de Sancta Sophia sub compendio extracta; Laus Omnipotenti Gubernatori."

618.

Codex chartaceus, in folio, ff. 14, sec. xvii.; [ol. 1598.]

"Aurea regula Coss. Nova Geometrica, or rule of proportion Geometrical, like to that of Algebra; newlie invented: For shooting in greate Ordinance—teaching howe farr eny peece of Artillary shooteth at every degree of Random, and howe to mount any peece of Ordinance by degrees with a Ruler onely, and more conveniently than by the Ordinary Quadrant.

With an Appendix of certaine questions touching greate Artillary, etc. philosophically examined.

By Thomas Bedwel

Master of Arts and sometyme a fellow of Trinity Colledge in Cambridg."

619.

Codex membranaceus, in folio, ff. 154, sec. xv., quondam abbatiæ S. Mariæ de Fontibus, deinde Thomæ Pawling, et postea Johannis Stanhope ex dono Johannis Hayson; [ol. 759.]

RANULPHI HIGDEN, Cestrensis, Polychronicon sive Historia Angliæ ab Incarnatione Domini usque ad annum 1348 inclusive, libris septem comprehensum.

Tit. i. "De orbis dimensione. Priscianus in Cosmographia."

Desin. in verbis, "Quo eciam anno incepit magna caristia rerum, plumbi, ferri, stagni, eris, clavorum lignorum, canabi, lini et specierum."

In calce, "Usque huc scripsit dominus Ranulphus Hykedon, monachus monasterii sancte Werburge Cestrensis, qui eciam plura compilavit opuscula, videlicet, Speculum Curatorum curatis necessarium, Distinctiones, qui sic incipiunt, 'Abicere secundum phisiologos,' Petagogicum artis grammatice, Artem Kalendarii et Derivaciones sub compendio. Tandem in senectute bona, postquam vixerat in religione sexaginta quatuor annos, circa festum sancti Gregorii, anno gratie millesimo trecentesimo sexagesimo tercio in Domino obdormivit.

Pro quo, fratres, Dominum velitis orare,
Ut ad sui gaudium velit collocare
Hunc Ranulphum monachum, qui quesivit a re
Pro labore manuum secum conregnare."

620.

Codex chartaceus, in folio, ff. 102, sec. xvi., binis columnis, manu Johannis Leydensis scriptus; [ol. 1395.]

JOHANNIS DE DONDIS, Patavini, Planetarium in tres partes distinctum, cum præfatione.

Tit. præf. "Opus Planetarii Johannis de Dondis, fisici, Paduani civis.

Capitulum prohemiale de intentione auctoris, intentionis causa, et modo procedendi."

Incip. "Astronomorum priscorum eximii qui prestantibus ad modum ingeniis ea, que in sublimi mundi regione."

A Tit. cap. i. "Tractatus operis Planetarii, cujus partes sunt tres; pars prima de compositione operis, cujus capitula sunt viginti quinque. Capitulum primum, et est doctrina componendi operis casamentum."

Incip. "Per casamentum operis intelligitur id edificium, in quo omnia ad opus hoc pertinencia."

Desin. "quare hic finem facio cum eis laude, Qui rerum finis atque principium est istarum; Amen." B

Figuris perquam instructum est opus, manu, ut in calce notatur codicis, Jacobi Politi Cartolari anno 1461 delineatæ.

Sequitur, "Ordinacio quam feci Berto de Padua pro comuni horologio;" incip. "Cum voluerit aliquis in communi horologio ordinare motus solis et lune."

In fine, "Deo laus et gloria Trinus.
Scriptum est per manus Johannis Leyd."

Inter lineas inseruit manus aliquantulum recentior, "Desegnado per mi Jacomo Polito Cartolaro ad 8 Novembre, 1461, ore 4." C

621.

Codex membranaceus, in 4to majori, ff. 68, sec. xvi. ineuntis; manu Johannis Cooke, clerici Wintoniensis, bene scriptus; [ol. 1396.]

Statuta collegii Corporis Christi apud Oxonienses, manu pii et venerabilis Fundatoris propria subscripta, cum præfatione. D

Præmittitur, "Ad honorem preciosissimi Corporis Domini nostri Jesu Christi Ejusque Matris integerrime ceterorumque Sanctorum omnium ecclesiarum Wintoniensis, Dunelmensis, Bathoniensis et Wellensis necnon Exoniensis cathedralium patronorum, Nos Ricardus Fox, divina vocatione Wintoniensis episcopus, collegii Corporis Christi in Universitate Oxonii fundator, extructor et dotator, veneratissimo sanctissime et individue Trinitatis nomine invocato, E nostra eidem collegio statuta condidimus, et in hoc originali libro ad perennem et perpetuam memoriam et stabilitatem conscripsimus et consignavimus ad hunc modum in eâ prefati."

Exstant impress. "by desire of H. M. Commissioners for inquiring into the state of the University of Oxford;" 1853, vol. ii. part. iii.

Affixa sunt nomina triginta trium testium necnon Milonis Hagge, clerici Eboracensis, et Johannis Cooke, clerici Wintoniensis, Notariorum F publicorum, dat. Eccl. Hospital. S. Crucis juxta Wintoniam, 20 Jun. 1517.

622.

Codex membranaceus, in folio majori, ff. 72, sec. xv. ineuntis; binis columnis bene exaratus; [ol. 1413.]

1. The siege of Jerusalem; a poem [by Adam Davie ?] ff. 71 b.—72 b, 1—21 b.

Beg.

"Listneth alle that beth alyue
Bothe Cristen men and wyue
I wil you telle a wonder cas
Hou Jhesus Crist bihated was."

Ends,

"I hope that thai haue, I wys,
To her mede heuene blys
God graunte vs alle there to be,
Amen, Amen, pur Charite."

Then follows the note, "Here endeth the vengeaunce of Goddes deth."

See another version of the same Poem in MSS. Digby ccxxx. fol. 195 and Douce lxxviii. fol. 19.

2. The vision of S. Alexius, by the same. fol. 21 b.

Beg.

"Alle that willen here in ryme
Hou gode men in olde tyme
Loueden God Almiȝth
That weren riche of grete valoure
Kynges sones and Emperoure
Of bodies stronge and liȝth."

Ends,

"Alle that habben yherd his vye
God brynge hem to the compaignye
There aungels been womyynge
And sende vs Lorde thi mylde mood
For thorouȝ thee spryngeth al good
Withouten any endynge;
Amen—Amen—Amen."

3. Visions, mostly complimentary to Edward II., by the same. fol. 26 b.

Beg.

"To oure Lorde Jhesu Crist in heuene
Ich to day show myne sweuene
That ich mette in one niȝth
Of a kniȝth of mychel miȝth."

End,

"Who so wil speke myd me Adam the marchal
In Stretferthe bowe he is yknowe and onereal
Ich ne shawe nouȝth this for to haue mede
Bot for God Almiȝtties drede
For it is sooth."

4. The life of Alexander. fol. 27 b.

Beg.

"Diuers is this myddel lerede
To lewed men and to lerede
Bysynesse care and sorouȝ
Is myd man vche morowye."

"Thus it fareth in the myddelerde
Amonge the lew and the lerde
Whan the heued is yfalle
Accumbred ben the membres alle
Thus ended Alisaunder the kyng
God vs graunte his blissyng. Amen."

Printed in Weber's Metrical Romances, vol. i. p. 3; See also the Introduction, p. xx.

Then in a little later hand, A
"Mery it is in the halle,
When Berdis wagg alle."

5. A note of remarkable things and places seen in the pilgrimage of the Holy Land. fol. 64.

Beg. "These arn ye pylgrimagis of ye holy Lond. Qwere so a cros standyth ther is a forȝyuenesse of peyne and blame to alle trewelyche schryayn. In othere placis of vii. ȝer and xii. lentynis. In the fyrste in entryng of ye chyrche of ye holy sepulcre ✠ Also in Mount of Caluary yer Crist was don on ye cros." B

Compare a Latin Itinerary of Will. Wey, in MS. Bodl. 565, fol. 40, et alibi.

---

6. Scripture Histories, imperf. fol. 65.

Beg., in the history of Joseph,
"For thritty pens thai solder that childe
The seller hiȝth Judas
Tho Ruben com hom and myssed hym
Sori ynouȝ he was." C

Ends with Habbacuc,
"And now thise freres don also
Prechen aboute ylome
For of prechyng it worthe nede
Er the day of dome."

7. Fifteen tokens before the Day of Judgment, from the prophet Jeremiah. fol. 70 b.

Beg.
"The first signe ther aȝeins . as oure Lord hym self sede, D
Hungere schal on erthe be, treccherie and fals hede."

End.
"Ich bid hym that vs deme schal kyng of alle kynge,
Among his blissed sones oure soules to heuen brynge; Amen."

8. "Lamentacio Animarum." fol. 71.

Beg.
"Off ioye and blisse is my song care to bileve, E
And to herie hym among that al oure sorouȝ schal reue."

End.
"Thorouȝ whiche preciouse deth God vs grant that grace,
That we mowe after oure deth in heuen haue a place; Amen."

See a notice of this volume in Warton's History of English Poetry, edit. Lond. 1840, vol. ii. p. 1, and in the Preface to Weber's Metrical Romances, vol. i. p. xxxvi. F

623.

Codex membranaceus, in folio, ff. 51, sec. xv. exeuntis, quondam ecclesiæ B. Mariæ de Pratis de Leicestria; [ol. 1415.]

Gulielmi Charite, eccl. B. M. de Pratis, Leicestr. Præcentoris, Registrum Librorum in Bibliotheca ibidem contentorum.

Tit. "Registrum librorum monasterii beate Marie de Pratis Leycestr. renovatum tempore fratris W. Charite tunc precentoris."

Præcedunt,

a. Præfatiuncula, ut sequitur, "Contenta hujus registri sequentis prout sequitur in Ordine. Primo tabula facta per fratrem Willelmum Charyte de nominibus omnium doctorum auctorum sive compilatorum, quorum libri, volumina vel tractatus, etc. notantur in isto Registro. Deinde omnes Biblie pertinentes huic monasterio; postea libri Biblie glosate cum diversis doctoribus in eisdem; deinde quatuor doctores ecclesie, scilicet, Augustinus, etc.; tunc alii diversi auctores et compilatores sicut stant in ordine; postea, Historialia, Cronicalia, Vite Sanctorum, Epistole et omeliæ doctorum; tunc, Summe, Penitencialia, Sermones, volumina, Concordantiæ, Constituciones, Specula, Testamenta prophetarum, Elucidaria, Proverbia, Ysagoge philosophorum, Responsa philosophi Secundi, cum multis aliis. Tunc libri de grammatica, de poetria, de sophistria, de logica, de philosophia, de arithmetica, de musica, de geometria, de astronomia, de instrumentis, de phisica naturali; tunc libri de jure civili et de jure canonico;

Tunc Registrum de omnibus libris qui sunt in libraria et scriptoria prout dividuntur in ix. stallis;

Tunc Registrum omnium librorum in choro, in capella, in firmaria, et apud Ingwordby, prout dividuntur inter conventum;

Ultimo Registrum diversorum librorum et rotularum concernentium evidencias nostras, ut patet in fine hujus Registri."

Sequitur "Tabula de nominibus doctorum et aliorum auctorum, prout sequuntur in ordine quorum libri, volumina, vel tractatus notantur in isto registro sequente, facta per fratrem Willelmum Charite."

Cf. "Nichol's History of Leicester, Appendix, Leicester Abbey, p. 101," ubi plura ex Registro nostro impressa sunt.

Ad fol. 49 notantur libri duo de Canticis organicis quorum hic Willelmum Charite, ille T. Preston, auctorem habet.

Ad fol. 50 et seqq. sunt,

a. Libri, 'quos frater Willelmus Charite scribi fecit.' fol. 50.

b. Libri, quos idem Willelmus scribi fecit et propria manu notavit. fol. 50 b.

c. Libri, quos propria manu scripsit et compilavit. fol. 50 b.

d. Libri, quos W. Charite emit et perquisivit. fol. 51.

In initio et calce folium est unicum rejectitium Registri Brevium fragmenta exhibens.

624

Codex membranaceus, in folio, ff. 186, sec. xiv. exeuntis, binis columnis exaratus; quondam Hugonis Cressy; [ol. 1416.]

Anonymi cujusdam opus dict. 'Summa Summarum sive Speculum Compendii, et Repertorium Juris Canonici,' in libros quinque distributum, cum præfatione.

Tit. "Speculum juris canonici ac reportorium, et vocatur Summa Summarum."

Incip. præf. "Ad honorem et laudem nominis Jhesu Christi quod quando recolo debeo caput inclinare;" etc. "Incipit Speculum compendii et repertorii Juris Canonici per quod quilibet literatus quascunque materias et questiones Juris Canonici cujusquam ponderis faciliter poterit invenire et breviter eisdem materiis et questionibus respondere que continentur in textu et glossis Decretorum et Decretalium una cum Sexto libro et tribus glossis ejusdem et Constitutionibus pape Clementis V. et eciam in Summis Innocencii, Hostiensis, Compostolani, Raymundi, Goufredi et quorundam famosorum in ecclesia doctorum sacre theologie prout cuilibet lectori hujus Summæ plenius apparebit ac etiam in Constitutionibus legatorum Octoboni et in Constitutionibus Provincialibus, videlicet, Oxon. Radyng. et Lambet. Pecham et Bonifacii et statutis Curie de arcubus Londoniarum."

Tit. lib. i. "Incipit liber primus de Summa Trinitate et fide catholica."

Incip. "Quot modis dicitur fides, et quid sit fides? Dic quod fides dicitur multis modis."

Defic. lib. v. in verbis, "factum sit onerosum Extra. de Sump. nonne et Jug. Extra. E. T. qui tacet in glossa Jo. And. libro vi°."——

Exstat exemplar aliud MS. in Biblioth. Coll. Magdal. cxxxiv.

625.

Codex membranaceus, in folio, ff. 217, sec. xv. exeuntis; [ol. 1335.]

Rentale Novum generale monasterii B. Mariæ de Pratis, apud Leicestriam Willelmi Charyte, prioris ibidem, manu propria scriptum.

Præmisit titulum manus recentior, "Rentale Novum generale Monasterii B. Mariæ de Pratis Leycestr. merito inscriptum ab authore 'Memoriale fratris Willelmi Charite prioris ibidem.

Qui hunc librum incredibili labore composuit suaque manu descripsit. Opus tantum aggressus anno 1477 et regis Edwardi 4ti 17. Nam et propria manu scripsisse apparet 25 codices, sive rotulos materiis diversos, quorum ultimum scripsit anno Domini 1502 ætatis sue 81 et post ingressum suum in Religionem 63. Omnia tam accurato methodo congesta, ut nihil possit clarius exprimere perfectissimi administratoris et Œconomi ymaginem."

Plura e codice nostro exscripsit evulgavitque, Joh. Nichols, in Hist. Leicest. App. pp. 53, 67.

In fol. i. verso,

"Has sacras edes pietas construxit avorum,
Quas successores devastant more luporum;"

et inferius in eadem pagina, "Christophorus Thorneton in parochia de Mellyng in comitatu Lancastrie, executor Margarete Calverde."

626.

Codex membranaceus, in folio, ff. 190, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; in calce mutilus; [ol. 1334.]

Huguccionis, seu Huguitionis, Pisani, Vocabularium, ordine alphabetico dispositum; cum præfatione.

Tit. "Incipit prologus super Derivationes Majores."

Incip. "Cum nostri prothoplasti suggestiva prevaricatione dyabolus humanum genus."

Tit. operis, "Incipiunt Derivaciones Huicii."

Incip. "Augeo, –es, auxi –ctum, amplificare, id est augmentum dare."

Defic. sub voce 'zelus,' in verbis, "unde ille homo dicitur zelotipus, qui suspectionem de"——

627.

Codex membranaceus, in folio, ff. 95, secc. xiv. et xv., binis columnis nitide manu Reginaldi de Bugwell partim exaratus; [ol. 1411.]

1. Exempla Epistolarum; [initio mutil.] fol. 1.

Incip. ult. "Multum amicicie libenter exerceo."

In calce, "Explicit hoc opus, Deo gratias, Amen. Adjutorium nostrum."

Sequuntur, manu recentiori, "Versus pro tabula ad tumbam domini Henrici quinti, nuper regis Anglie."

Incip.

"Inclitus Henricus . Anglorum rex et amicus,
In numero quintus . jam mortuus hic jacet intus."

Desin.

"Quem tegit ista petra . salvet Deus a nece tetra,
Et sibi scripta metra . prosint Amen; ego petra."

2. Provinciale Episcopatuum Universorum. fol. 3.

Tit. "Incipit liber, qui dicitur Provincialis."

Incip. "In civitate Romana sunt quinque ecclesie patriarchales; videlicet, Ecclesie sancti Johannis Lateranensis."

3. Martini Strepi, Poloni, Chronicon Imperatorum Pontificumque Romanorum, [cum continuatione a

A morte Honorii papæ IV. per Theodericum de Niem scripta.] fol. 9.

Tit. *manu altera*, "Cronica Martini de Imperatoribus et summis Pontificibus."

Incip. prol. "Quoniam scire tempora;" ut in editt. impress.

Ad fol. 48 b, post Celestini IV. papæ mortem occurrunt nonnulla de Imperio, in editt. omissa, incip. "Romanum imperium post mortem sive post depositionem Frederici secundi ab imperio cepit vacare."

B Desin. "et sanus ad propria cum gaudio remeavit. Explicit de Imperatoribus."

In margine fol. 52, sub annis scilicet 1287, scripsit manus coæva "Explicit Cronica Martini. Huc usque scripsit Martinus et non ultra."

Deinde "Numerus suprascriptorum Pontificum est xcv. ex quibus lxxxviii. fuerunt nacione Romani."

Continuatur historia, "Nicholaus iiii. nacione
C Lombardus habebat papatum m^{o}.cc^{o}lxxxviii^{o}. de Esculo civitate de Marchia;" ut in Eccardi Corp. Hist. Medii Ævi, tom. i. col. 1462; et desin. "elegitque vocari Benedictus;" ut ibid. col. 1494, l. 31.

In calce, "Explicit Cronica Martiniana."

4. Summarium capitulorum totius Bibliæ. fol. 61.

Tit. "Incipiunt primo Capitula Genesis et postea aliorum librorum."

Incip. "In primo capitulo Genesis narrat quid
D Deus in septem diebus operatus est."

Præmisit titulum manus secunda, "Progressus Biblie, tam Veteris quam Novi Testamenti."

Desin. in lib. Actuum "quo Paulus faciens ignem mordetur a vipera et quomodo sanavit principem Insulor [*sic*] et quomodo rediit Romam."

In calce, "Expliciunt capitula supra totam Bibliam."

5. Innocentii papæ III. super Psalmos septem Pœni-
E tentiales libellus. fol. 69.

Tit. "Incipit tractatus domini Innocencii pape tercii de vii. penitencialibus psalmis."

Exstat inter opera ed. Colon. tom. i. p. 208.

6. Barnabæ, art. et phys. professoris, libellus de conservanda oculorum sanitate, cum præfatione ad Bertrandum de S. Genesio, episc. Aquileiensem. fol. 89.

Tit "Libellus de conservanda oculorum sanitate."

F Incip. procemium, "Girum celi fecit Deus, et teram posuit in puncto et hominem de terra formavit."

Incip. lib. "Presentis libelli sunt duo tractatus; primus est de tribus principibus essentialibus."

Desin. "Finis igitur hoc presens opusculum vobis, Domine venerande, ad laudem Dei Omnipotentis et beatissime virginis, sub millesimo ccc^{mo}. xl^{o}. die prima Aprilis, Wenr. Sallariatus ibidem."

In calce, "Explicit libellus de conservanda oculorum sanitate: Riginaldus de Bugwell."

---

7. Eadgari regis synodus et ad clerum oratio de monachatu propagando. fol. 92 b.

Incip. "Defuncto igitur rege Edwio."

Exstat oratio impress. in Wilkins Concil. tom. i. p. 246.

8. Chronicon breve ad ecclesiam Exoniensem pertinens, usque ad 1394 deductum. fol. 936.

Incip. "Prima etas seculi ab origine mundi usque Noe," etc. deinde, post plura ad historiam generalem pertinentia, procedit, "Anno Domini millesimo quinquagesimo pontificatus sancti Leonis pape noni secundo, imperii vero Henrici secundi undecimo necnon et regni sanctissimi regis et confessoris Edwardi tercii nono, indictione tercia, sub Leofrico, tunc Cridionensi antistite, auctoritate summi Pontificis ac regis, episcopalis cathedra de Creditona ad hanc ecclesiam translata est."

Desin. "et obiit apud Clyst-episcopi tercio die Decembri anno Domini m^{o}.ccclxxxxiiii^{o}."

628.

Codex membranaceus, in folio, ff. 222, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; [ol. 1320.]

Alberti Magni, Ratisponensis, opera, quæ sequuntur,

1. De anima libri tres. fol. 2.

Tit. "Incipit tractatus de anima, cujus tractatus primus est de modo quo cognoscenda est anima. Capitulum primum; et est disgressio declarans, quod scientia naturalis est de anima, et quis ordo ejus."

Exstant inter opera, ed. Lugd. tom. iii. p. 1.

In calce, "Explicit liber de anima secundum fratrem Albertum."

2. De generatione et corruptione libri duo. fol. 86.

Tit. "Incipit primus de generatione et corruptione tractatus."

Exstant ibid. tom. ii. part. iii. p. 1.

In calce, "Explicit Commentum super primum et secundum de generatione et corruptione secundum fratrem Albertum de ordine Predicatorum."

3. Parva Naturalia; scilicet,

a. De sensu et sensato libri tres. fol. 113 b.
Ibid. tom. v. p. 1.

b. De memoria et reminiscentia libri duo. fol. 137 b.
Ibid. tom. v. p. 52.

c. De intellectu et intelligibili. fol. 143.
Ibid. tom. v. p. 239.

d. De origine animæ libri duo. fol. 153.
Ibid. tom. v. p. 185.

e. De nutrimento et nutribili libri duo. fol. 168.
Ibid. tom. v. p. 175.

f. De motibus animalium. fol. 172 b.
Ibid. tom. v. p. 109.

g. De spiritu et respiratione libri duo. fol. 182 b.
Ibid. tom. v. p. 139.

h. De juventute et senectute. fol. 191 b.
Ibid. tom. v. p. 131.

i. De somno et vigilia libri tres. fol. 195.
Ibid. tom. v. p. 64.

k. De morte et vita. fol. 215 b.
Ibid. tom. v. p. 159.
In calce, " Explicit liber de morte et vita, Deo gratias."

629.

Codex membranaceus, in folio, ff. 162, sec. xiv., binis columnis, sed haud eadem manu exaratus; quondam, quoad partem priorem Carthusiensium apud Moguntiam, quoad alteram Eccl. Ebirbacensis; [ol. 1323.]

1. Anonymi cujusdam Quæstiones, super libro P. Lombardi Sententiarum quarto, cum prologo. fol. 1.
Tit. " Questiones super quarto Sententiarum."
Incip. præf. " Innova signa et inmuta mirabilia, etc. Hec verba sunt scripta Eccl. 36, que sic possunt exponi."
Incip. quæst. i. " Samaritanus; etc. In primo libro determinavit magister de Deo quem ad rationem sue naturalis perfectionis."
Defic. in verbis, " adhuc erat janua Paradisi clausa, sed illa clausio erat"——

---

2. Tituli capitulorum libri secundi Sententiarum. f. 13.
3. Secundus liber Sententiarum. fol. 14 b.
4. Anonymi cujusdam Quæstiones super librum Sententiarum secundum, cum prologo. fol. 48.
Incip. præf. " Qui vivit in eternum, etc. Ecc. xv. In hiis verbis opus Creationis sufficienter exprimitur."
Incip. quæst. " Creationem rerum: Liber totalis Sentenciarum in quatuor parciales libros dividitur, sicut fluvius Paradisi."
Desin. " quia mandatorum Ejus observancia producit, ad quam nobis prestare dignetur Qui est benedictus in secula."
Sequitur tabula quæstionum, secundum Distinctiones, ad cujus calcem, " Expliciunt questiones secundi libri Sentenciarum."

630.

Codex chartaceus, in folio, ff. 46, sec. xv.; [ol. 1390.]

1. [Actio Petri de Cugneriis, consiliarii Regii, et Petri Bertrandi, Cardinalis et archiepiscopi Senonensis,] de jurisdictione ecclesiastica et politica coram Philippo VI, rege Franciæ habita, A.D. 1329; prævia ejusdem regis epistola. fol. 1.
Tit. " Conquestiones dominorum temporalium de officialibus episcoporum in regno Francie facte regi regni ejusdem."
Exstant impress. in Goldasti Monarch. ed. 1621, tom. iii. p. 1361.
In calce, " Expliciunt jura et libertates ecclesie Gallicane."
Sequitur, " Sentencia seu finalis responsio sacre theologie facultatis magistrorum super Constitutione ab eodem domino, Francorum rege, facta de visione Dei, facie ad faciem, beatarum animarum, et litera, quam sanctissimo domino patri Johanni felicis recordacionis pape xxii. prefati magistri theologie super responsione eorundem concorditer destinarunt; dat. Paris. 2 Januar. 1333."
Incip. " Sanctissimo Patri;" etc. " Ad vestre deducimus noticiam sanctitatis."

2. Epistola B. Augustini de laude beati Hieronymi ad Cyrillum, episcopum Hierosolymitanum. fol. 44.
Exstat impress. inter Hieronymi opera, sed in initio et fine extensior, ed. Vallars. tom. xi. col. 325.
In calce, " Explicit epistola beati Augustini de laudibus beati Iheronimi ad Cyrillum, episcopum Jherosolomitanum, descripta."

631.

Codex membranaceus, in folio, ff. 32, sec. xiv. ineuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1393.]

Liber Scintillarum, sive Loci Communes, ex SS. Scripturis et Patribus collecti, [Defensori cuidam, Bedæ et Cassiodoro, nonnunquam adscriptus.]
Tit. " Incipit liber Scintillarum de diversis voluminibus; In primis de caritate."
Exstat impress. inter Bedæ opera, ed. Basil. 1563, tom. vii. col. 515.
Desin. codex in cap. " de filiis" fine, edit. cit. col. 600, quod in codice paulo longius est quam in editione; ita enim post " talem habuerit" continuatur, " Triplex est filius, Filius Dei, filius hominis, filius diaboli; Filius Dei est qui semper bona agit que reddit bonum pro malo; Filius hominis est, qui bonum reddit pro bono, malum pro malo; Filius diaboli est, qui semper mala agit, que malum reddit pro bono."

632.

Codex membranaceus, in folio, ff. 192, sec. xiv., binis columnis bene exaratus; [ol. 1248.]

Summa de dignitatibus et virtutibus clericorum et laicorum, in tres partes distincta, glossis marginalibus perpetuis instructa.
Tit. i. " Summa de dignitatibus et virtutibus

clericorum ac laycorum. Et de viciis et excessibus eorundem."

Incip. "Incipit tractatus de virtutibus et viciis collectus ex jure canonico et civili de quibus prosequendis servatur ordo qui alias scribitur in canone."

Desin. pars tertia, in qua de pœnitentiis et remissionibus agitur, "Sacrilegii Extra. de Sentent. Excomm. C. Cum pro ea. Et ista sufficiant gratia brevitatis."

633.

Codex membranaceus, in folio, ff. 110, sec. xiii., binis columnis bene exaratus, quondam, ut videtur, ecclesiæ Polidensis apud Brunsvicenses; [ol. 1250.]

1. Chronicon ab Adam usque ad annum post Christum natum 1182, ex Honorio Augustodunensi a monacho quodam Polidensi consarcinatum additamentisque variis auctum.

Præcedunt,

a. Prologus considerationi Cronicorum. fol. 1.

Incip. "Eusebius, Cesariensis episcopus, qui ecclesiasticam conscribit historiam, librum cronicorum, hoc est, de temporibus confecit."

b. Epistola Christiani ad Honorium, cum responso. fol. 1.

Incip. "Septiformi spiritu in trina fide illustrato;" ut præmissa sunt ad Honor. Augustod. lib. i. de imagine mundi, in Magn. Bibl. Patrum, Colon. 1618, tom. xii. part. i. p. 932.

Tit. operis, "Incipit excerpta Cronicorum secundum Jeronimum et Honorium."

Incip. "Non est infructuosum;" ut in edit. cit. p. 955, col. 2.

Ad fol. 21 præmissus est ætati sextæ abacus annorum Christi ad annum 1300, interjectis hic illic annotationibus breviusculis, ut ad. an. 1223 notatum, "Hoc anno ecclesia Polidensis exusta est x. kal. Jun. feria tertia in Dominic. Cantate Domino;" et ad. an. 1298, manu alia, "Hoc anno grandines cum ingenti tempestate," etc.

Ad fol. 66 inserta est, ab eadem cum reliquo opere manu, Vita Matildis reginæ, cum prologo.

Incip. prol. "Dum plerique mortalium studio seculari inaniter dediti."

Incip. vita, "Temporibus quondam regis Francorum Conradi dux in tota Germania."

Desin. chronicon, "Anno m.c.lxxxii. Circa festum S. Jacobi dux in exilium abiit."

2. De Pontio Pilato narratio. fol. 95.

Incip. "Regibus olim liberalibus artibus eruditis accidit regem nomine Sirum, Anogoneiensem natione."

Desin. "Jebus et Salem, aliquando vocata est Jebusalem."

3. De Juda traditore. fol. 97 b.

Incip. "Fuit in diebus Herodis regis Pilato preside vir in Judea ex tribu Juda Ruben nomine."

4. Narratio profectionis Godefridi ducis ad Jerusalem, ex Fulcherio Carnotensi excerpta. fol. 98.

Incip. "Anno ab incarnatione Domini Jhesu Christo millesimo nonagesimo sexto in mense Marcio;" ut apud Gesta Dei per Francos, p. 384.

Desin. "et alter quodammodo Machabeus usque ad finem vite sue bella gerere et Christianismum in partibus illis ampliare non cessavit."

Pars ultima, in qua agitur de morte Godefridi et Baldewini successione, non cum edit. impress. consentit.

5. Alia descriptio Hierosolymitanæ profectionis. f. 102.

Incip. "Tempore Heinrici imperatoris Romani et Alexii Constantinopolitani juxta presagium evangelicum."

Desin. "cujus nomen et misericordiam cuncta predicent et glorificent seculorum secula; Amen."

Sequitur notitia de morte Baldewini; incip. "Baldewinus autem rex cum post Godefridum fratrem suum xvii. annis."

6. De Sibyllis [ex Isidori Etymolog.] fol. 107 b.

Incip. "Sibille generaliter omnes fœmine dicuntur prophetantes."

Sequuntur alia de eisdem, et deinde versus ex S. Augustino, incip.

"Judicii signum tellus sudore madescet;"

ut inter opera, tom. vii. App. col. 505.

7. De quibusdam quæstionibus Passionalium et Cronicorum. fol. 109.

Incip. "Aliqui dicunt et quidam codices habent, Petro apostolo passo, Paulum reservatum."

Sequuntur narrationes de Clemente, de Decio, de SS. Virginibus undecim millibus.

8. Visio Wichtini monachi. fol. 110.

Incip. "In principio Alemannorum in monasterio S. Marie semper virginis quod Owa nominatur, fuit quidam frater."

Defic. in verbis, "pene inter ceteros singularis apparuit."

634.

Codex chartaceus, in folio, ff. 34 et 488, sec. xvii. ineuntis; [ol. 1425.]

Hieronymi Fabricii ab Aquapendente, medici Patavini, Thesaurus secretorum medicamentorum utriusque medicinæ.

Tit. "Thesaurus locupletissimus variorum secretorum medicamentorum utriusque medicinæ, authore ac collectore Hieronymo Fabritio ab Aquapendente."

Incip. "Sputo sanguinis. ℞. lapidis hematitis cum aqua plantagin. lot. corall. rub. similiter loti."

Desin. "scilicet occiput et quasvis partes jam dictas et optimum experieris."

Sequuntur alia manu recentiori, an auctoris?

Præcedit, Locupletissimus compositorum Medicamentorum quæ in hoc opere continentur index.

635.

Codex membranaceus, in folio, ff. 405, sec. xv., binis columnis bene exaratus; olim Edwardi Lee, ex dono Joh. Codington, de Codington, in com. Surr., postea Tho. Hewett; [ol. 1397.]

Philippi Repingtoni, sive Rependuni, canon. Leicestrensis, Sermones in Evangelia Dominicalia per anni circulum, cum præfatione.

Incip. præf. "Evangelice tube comminacio."

Des. "et in fine expedit anchoram figere spei nostre."

Incip. serm. i. "Dominici adventus tempus ab ecclesia solemniter celebratum quatuor septimanas."

Desin, ult., quæ numeratur liii. abrupte in verbis, "fabricam construere vis celsitudinis de fundamento cogita humilitatis."

In calce paginæ, "Expliciunt omelie Repyngton super Evangelia dominicalia."

Sequitur tabula ordine alphabetico disposita; incip. "Abscondere—abscondit a se Christus propter multas rationes.""

In calce cod. "Jhon Codington, gentilman, lorde of Codington, in the countie of Sowthroi gave this boke, the wiche is callide and intitulide Euangelia Rippington, to me Edouarde Lee."

636.

Codex membranaceus, in folio minori, ff. 91, sec. xii. exeuntis; bene exaratus, sed mutilus; [ol. 1003.]

Chronicon Saxonicum ab anno Dominicæ Incarnationis primo usque ad annum 1154: *Anglo-Saxonice.*

Inseruit in foliis interpositis chartaceis manus, ut videtur, Will. Lisle, Supplementa nonnulla ex codice Benedictino, apud Cantabrigienses in coll. C. C. servato.

Cf. edit. impress. ed. Ingram. p. xxiii. et Monumenta Hist. Britan. ed. Petrie, Pref. p. 76.

In calce subjecit manus W. Lisle Indices titulosque Homiliarum Saxonicarum, in coll. supra citato conservatarum.

637.

Codex membranaceus, in folio, ff. 117, secc. xiv. et xv., quoad partem præcipuam binis columnis anno 1333 ad usum Raimundi de Cabirot Parisiis bene exaratus; quondam M. Kyrkebye, postea Ric. St. George, Norroy regis armorum; [ol. 1592.]

1. Historia de rege Carolo Magno et filiis quatuor Aymonis, etc., carmine Gallico, versibus scilicet circiter 16,080 comprehensa.

Incip.

"Segneurs oez chanchon de grant nobilite
Traite est de voire estoire sanz mot defaussete
Ains uoissez meilloz sachiez de verite
Ains jugleour uendist ne nen fu escoute
Ele est de Karlloman le fort roy couronne
Qui sa court tint j. jour a Paris la chite
Onques ne tint si grant en trestout son ae
Si iont xxx. contes et xv. dux chase
Euesqes archeuesqes et dautant abe
Mout fut grant li baruage qui ifu asemble
Dor de Nantuil ifu Olegrenon mesle
Giraz de Rousillo qui fu pres et sene
Et Aimes de Dordone li uassax adure."

Desin.

"Quant li baron oirent conter si faitement
Que Dieu faisoit miraclez por li apertement
Cascun se conforta et fu lie et ioiant
Puis ont saisi le cors tost et isnelement
Au monstre nostre dame fu porte voierement
Ou cor iest le cors se leuent bien la gent
Or prion dauelede qui fist et mer et vent
Quil uous priugne a tet fin pa son commandement
Quil ne parde les ames par engin de sarpent
Ici faut de Re. o le fier hardement
En lor pais sen uindrent li frere oue lorgent
Ses filz tindrent sa terre et tout son tenement
Puis nesquirent grant pieche en pez tout fermement
Tant ama li vns lautre quil mont maltalent
Nul ne vit tele amor si entremmement
Si orent puis grant guerre contre mauuese gent
Mez ie me voudrai taire eci faitierement
Ein pais et en amor fais mon definement
Dieu nous garisse touz aqui limont a pent
Qui nous doinst bone fin par son commandement
Et Jhesu nostre pere le roy omnipotent
Gart cil qui cest romans liest bien apertement."

In calce, "Explicit, Re[gnaut] et Ri[chard] et Mau[gist] et Gui[chard] et lor frere Aalart qui furent bon uassal."

Deinde,

"Lan mil. ccc. trois plus de trente
Fut cest romans fet a mentente
En la rue maisine quiez parriz
Dieu doint a touz paradis
Il est a vn bon compaignon
Remon de Cabirot a non
Qui cest Romans est et fist fare
Il est home de bon afere, etc."

2. Tractatus brevissimus de successione et genitura regum Angliæ post Conquestum et de gestis singulorum regum sub compendio. fol. 68.

Tit. "Tractatus brevissimus," etc. ut supra, "et quia omnes originem traxerunt a Rollone, primo duce Normannie, ideo ab eodem quasi stirpe merito incipiendum est."

Incip. "Liber generacionis regum Anglie a conquestu secundum Cronicorum veram tradi-

cionem: Rollo autem conquestor et primus dux Normannie genuit Willelmum."

Desin. in regno Edw. III. a verbis, "tam in mari quam in terra sine diminucione militie Anglicane, quorum exprimere numerum non sufficit hec membrana."

3. Tabulæ genealogicæ regum Angliæ familiarumque. fol. 72 b.
4. Tabula jus Edwardi III. ad coronam Franciæ ostendens; *Gall.* fol. 74.
5. Versus de regibus Angliæ a Willelmo I. ad Edwardum II. inclusive. fol. 75.

Incip.

"Dux Normannorum. Willelmus vi validorum
Rex est Anglorum. bello conquestor eorum."

6. [Petri de Langtoft] Chronicon a Bruto usque ad Edwardi I. mortem. fol. 76.

Incip.

"Dieu lui tout puissant qi ciel et terre crea
Adam notre piere homine de terre forma,
Naturelement puruist quant il ordina
Qe homme de terre venist a terre reuertira."

Desin.

"Guyer et gouerner les terres et les feez
Que par ly vielz Edward pur lui sont purchacez
Ne qe folx conseil ne haunte de pecchez
Defacent les honours que de lui sont prophetez."

Cf. Vers. Anglic. a T. Hearnio editam, et Excerpta ex versione Gallic. a Francisco Michelio, apud Chronic. Angl. Norman. ed. Rouen, 1836, tom. i. p. 127.

638.

Codex chartaceus, in folio, ff. 140, secc. xvi. exeuntis et xvii. ineuntis; [ol. 1594.]

Orationes in collegio Herbipolensi annuatim habitæ, de rebus ibidem gestis ab anno fundationis ejus, scilicet A. D. 1568, ad annum 1619 inclusive.

Tit. "Litteræ annuæ collegii societatis Jesu Wirtzeburgensis ab ejus collegii anno primo, qui fuit ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi, 1568."

Incip. prior, quæ nomine Petri Peraxyli, seu Perapyli, subscripta est, "Cum mihi a superioribus impositum esset, admodum reverende in Christo pater tuam perscriberem."

Subscribitur, ut aliæ quinque sequentes, "Ex mandato R. P. rectoris T. R. indignus in Christo servus Petrus Peraxylus."

Subscriptiones aliæ nomina exhibent, quæ sequuntur.

a. Sibertus Brunchorstius. ff. 23, b, 26.
b. Arnoldus Lullinck. fol. 28.
c. Johannes Busæus. fol. 30.
d. Nicolaus Serrarius. ff. 34, 39.
e. Johannes Gravius Lovaniensis. fol. 41.
f. Georgius Hallenig. fol. 43.
g. Johannes Pernotus. fol. 52, b.
h. Gerardus Appius. fol. 81.
i. Christophorus Drouerus. fol. 104.

639.

Codex membranaceus, in folio, ff. 6 et 139, sec. xii. exeuntis, binis columnis bene exaratus; quondam Guillermi Reynaut; [ol. 1398.]

1. Dionysii Areopagitæ de cælesti hierarchia libri quatuor, per Johannem Scotum Erigenam Latine versi, scholiis marginalibus [S. Maximi et Johannis Scythopolitani] instructi. fol. 6 * b.

Præcedunt,

a. Præfatio Anastasii apostolicæ sedis bibliothecarii ad excellentissimum Karolum, scil. Calvum. f. 1.

Incip. "Inter cetera studia quæ tam laudabilis actio."

b. Erigenæ præfatio duplex, metrica altera, altera prosaica ad Carolum. fol. 3*.

Exstant in Epp. Hibern. Sylloge, ed. Usserio, p. 57.

c. Tabula capitulorum totius operis. fol. 5* b.
d. Epigramma in B. Dionysium de cælesti hierarchia. fol. 6*.
e. Versus xxiv. elegiaci in eundem. fol. 6*.

Incip.

"Lumine sidereo Dionisius auxit Athenas
Ariopagites magnificusque sophos."

2. Ejusdem liber ad Timotheum de ecclesiastica hierarchia, cum epigrammate, tabula capitum et glossis. fol. 20.

Tit. "Dyonisii Ariopagitæ Athenarum ad Timotheum, episcopum Ephesi, de ecclesiastica ierarchia."

3. Ejusdem liber ad eundem de divinis nominibus, prævio epigrammate, cum tabula capitulorum et scholiis. fol. 47, b.

Tit. "Dyonisii Ariopagitæ, episcopi Athenarum, ad Timotheum, episcopum Ephesi, de divinis nominibus."

4. Ejusdem de mystica theologia liber cum epigrammate, tabula capitum et scholiis. fol. 94.

Tit. "Ejusdem ad Timotheum episcopum de mystica theologia."

5. Ejusdem epistolæ decem ad diversos, cum tabula, epigrammate et scholiis. fol. 97.

Tit. "Dyonisii Ariopagitæ, episcopi Athenarum, epistolæ diversæ. fol. 97, b.

Deficit epistola ad Titum verbis, "quæ nunc dicta latius in ea declarantur et est ut ar"——

6. [Clementis, presbyt. Alexandr. ducis Scholæ ex superscripto suo sermone, Quis salvatus dives;] [initio mutil.] fol. 110.

Incip. in verbis, "—— diligentiæ et custodiæ sic perfectum ei philacterium."

Sequitur notitia, "Hujus historiæ meminit Eusebius Pamphili et Johannes episcopus Constantini civitatis."

7. Excerpta septem, sub titulo, "PHILONIS de ex circumcisione credentibus in Egipto Christianis simul et monachis ex suprascripto ab eo sermone de vita theorica aut de orantibus." fol. 110, b.

Incip. i. "Multiplex quidem orbis terrarum est genus."

Omnia supradicta Dionysii opera, in Biblioth. Gaddiana Plut. lxxxix. Sup. cod. xv. habita, a Bandinio descripta sunt in Catal. codd. Laurent. et Gadd. tom. iii. coll. 259, *seqq.*

8. S. AUGUSTINI Hipponensis, [potius Prosperi extracta ex ejusdem operibus,] de vera Innocentia. fol. 112.

Tit. "Incipit liber Sancti Augustini episcopi de vera Innocentia."

Exstat inter opera, tom. x. app. col. 223.

In calce, "Explicit liber Sancti Augustini Ypponensis episcopi de vera innocentia."

640.

Codex membranaceus, in folio, ff. 25, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus; [ol. 1399.]

DIONYSII AREOPAGITÆ de cælesti hierarchia liber per Johannem Scotum Erigenam Latine versus, prævia ejusdem Johannis præfatione, et capitulorum tabula.

Tit. prol. "Prologus Johannis Scoti in Ierarchia Dyonisii, que subscribitur, quam in precedenti libro exponit."

Incip. "Liber iste qui inscribitur de celesti ierarchia, quod nos non verbum sed sensum."

Tit. lib. "Dyonisii Aryopagite, episcopi Athenarum, ad Timotheum episcopum de celesti ierarchia."

In calce, "Explicit ierarchia Dyonisii exposita a Johanne Scoto."

641.

Codex membranaceus, in folio, ff. 87, sec. xiii. ineuntis, binis columnis bene exaratus, quondam Roberti Brakenbiry; [ol. 1412.]

PETRI CHRYSOLOGI, ep. Ravennatis, Sermones clxxvi. prævia titulorum tabula, cum prologo [Felicis episcopi] de auctore.

Incip. prol. "Beatus Pontifex Petrus, Ravennatis ecclesie prefulgidum decus;" ut in Oudin. Comment. de Scriptt. Eccl. tom. i. col. 1251.

Exstant sermones ed. Colon. 1541, et alibi.

In calce, "Explicit feliciter."

642.

Codex membranaceus, in folio, ff. 169, secc. xiii. et xiv., [ol 1156.]

Chartularium sive Registrum chartarum ad cœnobium Canonicarum apud Alvingham, ex ord. Gilbertinorum de Sempringham, diœc. Lincoln. spectantium.

Tit. i. "Hamelinus decanus senior dat et confirmat nobis totam partem ecclesie sancti Adelwaldi de Alvingham que pertinet ad terram quam tenet de feudo comitis Britannie, id est tres partes ejusdem ecclesie."

Præcedunt,

a. Indulgentiæ et privilegia papalia ab Innocentio papa III. aliisque concessa; quibus confirmantur et recitantur possessiones tam ad Alvingham quam ad Sempringham spectantes. fol. 1.

Tit. "Hic incipiunt indulgencie, privilegia papalia apud Alvingham residencia."

b. Henrici III. regis Angliæ Magna charta. fol. 8.

Exstant excerpta aliquot impressa in Dugdal. Monast. Anglic. ed. nov. tom. vi. p. 958.

Interjecta sunt hic illic alia quædam manibus recentioribus sed ad idem cœnobium spectantia; ex gr. ad ff. 37, 39, Taxatio ecclesiarum ad domum de Alvingham et bonorum spiritualium.

Chartæ secundum loca, quæ sequuntur, plerumque distributæ sunt; scilicet,

1. Alvingham. ff. 10–32.
2. Cokeringtona. ff. 59–84.
3. Grimolby. fol. 86.
4. Manneby. fol. 86, b.
5. Sanfleteby. fol. 87, b.
6. Schitebroke. fol. 89.
7. Summercotes. fol. 90.
8. Cuningesholm. fol. 92.
9. Germethorp. fol. 95, b.
10. Fuleston. fol. 110.
11. Jerdeburge. fol. 111.
12. Kedingtona. fol. 122.
13. Grimesby Parva. fol. 130.
14. Stineton. fol. 131, b.
15. Luda. fol. 132.
16. Lekeburn. fol. 134, b.
17. Calethorp. fol. 136.
18. Hatham. fol. 140.
19. Lincolnia. fol. 140, b.
20. Rasen. fol. 142.
21. Wyttkale. fol. 143.
22. Stauntun. fol. 144.
23. Normanby. fol. 145.
24. Svynope. fol. 145, b.
25. Neutona. fol. 147.
26. Beseby. fol. 155.
27. Grimesby. fol. 156.
28. Stalingburc. fol. 156, b.
29. Kaburna. fol. 157.
30. Glauerford. fol. 160.

31. Cuningesby. fol. 160.
32. Redenesse. fol. 164.
33. De S. Botulpho. fol. 167.

643.

Codex chartaceus, in folio, ff. 196, sec. xvi.; [ol. 1158.

Ludovici Tuberonis, Dalmatæ abbatis, commentariorum de temporibus suis libri undecim, prævia ad Gregorium Tregapani, Colociensium pontificem, epistola dicatoria.

Tit. "Ludovici Tuberonis, Dalmatæ abbatis, commentariorum de temporibus suis liber primus."

Exstant impress. in 4to., ed. Francof. 1603, et in Belii Scriptt. Rerum Hungar. tom. ii. p. 112.

Incip. epist., quæ non in editt. occurrit, "Qui liberis suis testamento tutores dare deliberent, non solum inter consultandum agnatos, quibus id negocii demandent, querendos esse censent."

644.

Codex membranaceus, in folio, ff. 227, sec. xiv. ineuntis, binis columnis nitide exaratus; quondam Desaugay; [ol. 1487.]

1. Kalendarium, cum interpretatione sive canone. fol. 1.

Incip. "Incipit canon ad habendum notitiam istius Kalendarii."

Incip. "Ad noticiam istius Kalendarii primo sciendum quod 19 litere alphabeti."

2. Canon super chilindrum. fol. 7, b.

Incip. "Accepturum horas cum chilindro."

